


Ev. G.  
383

333





383



E  
CAT

PERPE

DAV

EPI

And 30.

EPISTOLAE  
CATHOLICAE

GRAECE

---

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRATAE



A

DAVIDE IULIO POTT

---

VOLV MEN I.

COMPLECTENS

EPISTOLAM JACOBI

---

GOTTINGAE

Apud JO. CHRISTIAN. DIETERICH

MDCCLXXXVI.

EPISTOLAE  
CATHOLICAE

Ev. G. 383

2m

PERPETVA ANNOTATIONE

DAVIDE HELIO ROTT

EPISTOLAE JACOBI

1371 621 01

GOTTINGER  
ANSTALT FÜR CHRISTLICHE DISTANZ

D. JO

S. D. PAK  
SVE

PATRON

CVIQV  
QUANV  
SEX

PILGRATIO

DAV



V I R O  
SVMME VENERABILI  
D. JOANNI BENJAMIN  
KOPPE

S. D. SAX. GOTHAE A CONSILIIIS ECCLESIAST.  
SVPERINTENDENTI GENERALI REL.

*PATRONO ATQVE PRAECEPTORI,*  
CVI QVID DEBEAM, NE *PATRIS* QVIDEM,  
QVAMVIS DVLCISSIMVM, NOMEN PRO  
SENSV MEO SATIS EXPRIMIT,

LIBELLVM HVNC  
*PII GRATIQVE ANIMI SIGNIFICANDI CAUSA*

SACRVM ESSE VVLT

DAVIDES JVLIVS POTT.

W. I. R. O.  
SYSTÈME VÉNÉRIABLE  
D. JOANNI BENJAMIN  
KOPPE

TRAITÉ DE LA MANIÈRE A CONDUIRE L'ÉCOLE  
D'UN ÉLÈVE GÉNÉRAL

PAR M. LE COMTE DE TROU  
DE LA MARIÈRE  
DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE  
DE LA UNIVERSITÉ DE PARIS

LIVRE DE LA MANIÈRE  
D'ÉCRIRE L'ANIMÉ  
PAR M. LE COMTE DE TROU  
DE LA MARIÈRE  
DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE  
DE LA UNIVERSITÉ DE PARIS

Qu  
edendo e  
hoc esse  
eius libri  
rum, cum  
sunt; K  
(quam ip  
optaverit,  
in punctum  
quid adde  
videri poss  
pensis in  
inprimis ex  
quid in his  
sua elabora

---

**Q**uæ fuerit auctoris mens, quodque sequutus sit consilium, si quo in libro edendo explicatione opus erat, profecto in hoc esse videtur. N. T. enim, singulique ejus libri, tanta obseruationum tum criticarum, tum exegeticarum copia adornati profstant; Koppianaque ante omnia editio, (quam jam absolutam esse, quis mecum non optauerit,) ita jure meritoque omne tulit punctum, vt in hoc genere de suo aliquid addere, in tirone quidem temerarium videri possit. Defunctus vero theol. Repetentis in Georgia Augusta munere, quod imprimis exegetica studia mihi imponebat, quid in his potissimum profecerim, hac epistola elaboranda Lectorum iudicio subicere

volui; caeteras epistolas catholicas, vtram-  
 que Petri Volumine secundo, Johannis vero  
 epistolas, atque Judae Volumine tertio, si  
 Lectorum indulgentia animum mihi attule-  
 rit, pro temporum ratione deinceps addi-  
 turus. S. V. KOPPII vero explicandi ra-  
 tionem (quam, cum ex praefatione Nouo  
 Testamento ejus praemissa, magisque ad-  
 huc ex libro ipso perlegendo, quisque no-  
 verit, repetere hic nolo,) vt longe opti-  
 mam, sic Viris Doctis omnibus probatam  
 sequi, omni studio annifus sum, fidem ha-  
 bens illi *Quincilianii* \*) effato: „altius itu-  
 „ros esse, qui ad *summa* nitantur, quam  
 „qui, praesumta desperatione, quo velint  
 „euadendi, protinus circa ima substiterint.,  
 Quam immenso quidem interuallo a Prae-  
 ceptore meo relinquer et nunc quidem fen-  
 tio, et, si ad catholicas, quas vocant, epi-  
 stolas

\*) Institut. orat. in praefat.

stolas ipse peruenerit explicandas, magis adhuc me sensurum esse, praeuideo; sed et tunc ex opere ejus omnibus numeris absoluto cum tenuioribus laboribus meis comparando, in quibus deliquerim, quaeque inprimis in arte exegetica, si tanto Praeceptore haud indignus videri velim, adhuc corrigenda mihi supersint, me obseruaturum, et ad ingenium, si quid est in me ingenii, expoliendum conuersurum esse, non est quod inficias eam.

Praeter annotationes, vernaculam versionem epistolae in calce subjungere, e re Lectorum fore videbatur. Cum tamen opusculum hoc in plures, quam ipse putabam, paginas excrefcere viderem, Librariusque, vt quam primum prelo excusum proxtaret, diu jam vrgeret; versionem hujus epistolae, vt caeterarum episto-

X 4

larum

---

larum catholicarum toti demum operi absoluto addendam referuauimus, nisi forte fuerint Viri docti, qui hanc quidem operam, in tanta, qua jam abundamus, versionum multitudine, omnino superfluum censuerint.

Ceterum iuueni, si quid iuueniliter scripserit, ignoscite Lectores! Vestra vero indulgentia, Vestrisque consiliis, Viri Docti, ut studia mea qualiacunque sustentare, meque errantem in rectam viam reducere velitis, qua quemque decet pietate, atque obseruantia oro rogoque. Scribebam in Georgia Augusta. d. XV Junii. MDCCLXXXVI.

D. J. Pott.

---

peri abso-  
nisi forte  
idem ope-  
mus, ver-  
superfluam  
  
jueniliter  
estra vero  
, Viri Do-  
e sustentare,  
am reducere  
etate, atque  
ebam in Geor-  
CCLXXXVI  
Pott

EPISTOLA

J A C O B I.

EPISTOLA

JACOBI

Quo

cobi non  
in porres  
facturum  
quantum  
circumspic

Jaco

tren, et

N. 2. coll.

in apostolo

post ascen

sum Act.

cupantur,

Praeter in

Alphasi et

ratur Matti

Luc. VI, 17

Jeſu Chriſti

Hierom  
uam  
actus

007  
0010  
an luc

000) Erapo  
adela



## PROLEGOMENA.

**Q**uot sint, qui in N. T. Jacobi nomine veniant, et quis horum epistolae catholicae, quae Jacobi nomen in fronte gerit, habendus sit auctor, in partes abeunt interpretes. Operae pretium me facturum esse spero, si totius argumenti ambitum, quantum fieri potest, vno quasi obtutu Lectoribus circumspiciendum praebuero.

Jacobum quidem *Zebedaei* filium, *Johannis* fratrem, et *Jesu Christi* familiarem, qui Matth. IV, 21. X, 2. coll. Marc. III, 17. Luc. VI, 14. et Act. I, 13. in apostolorum numerum refertur, et circa annum post ascensum I. C. decimum diem jam obiit supremum Act. XII, 2. a caeteris, qui Jacobi nomine nuncupantur, distinguendum esse, omnes consentiunt\*). Praeter hunc vero tum Jacobi cujusdam *minoris*, *Alphaei* et *Mariae* filii, qui idem apostolis annumeratur Matth. X, 3. XXVII, 56. Marc. III, 18. XV, 40. Luc. VI, 15. Act. I, 13. tum Jacobi cujusdam *fratris Jesu Christi* Matth. XIII, 55. \*\*) Gal. I, 19. \*\*\*) mentio

A 2

tio

\*) *Hieronymus* adv. Heluid. Opp. Tom. I. p. 219. Ne autem hunc putes Jacobum filium *Zebedaei*, lege actus apostolorum. Iam ab Herode fuerat interemptus.

\*\*) Ουχ ούτος ἐστὶν ὁ τοῦ τεκτονοῦ υἱός; οὐχὶ ἡ μητὴρ αὐτοῦ λέγεται *Μαριαμ*; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ *Ἰακώβος*, καὶ *Ἰωσήφ*, καὶ *Σίμων*, καὶ *Ἰουδᾶς*;

\*\*\*) Ἄλλοτε δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ *Ἰακώβον* τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.

tio fit, de quo quidem ἀδελφῷ του Κυρίου passim in patrum scriptis haec fere memoriae prodita leguntur: per plurimum, et, si Hieronymo\*) fides habenda est, per triginta annorum feriem eum Hierosolymis versatum ecclesiae Hierosolymitanae et conuentui apostolico Act. XV, 13. \*\*) commemorato praefuisse \*\*\*); eundem ob singularem virtutem Δικαιον dictum esse \*); (cujus quidem cognominis rationem ex communi probitatis ejus laude repetiit *Josephus* ap. *Orig.* in *Matth.* *Ἰακωβος δε εστιν ουτος, ον λεγει Παυλος ιδειν εν τη προς Γαλατας επιστολη — επι τοςουτου δε διελαμψεν ουτος ο Ιακωβος εν τω λαω επι δικαιοσυνη, ως Φλαβιον Ιωσηπον αναγραφαντα εν εικοσι βιβλίοις την Ιεδαϊκην αρχαιολογιαν την αιτιαν παραστησαι βουλομενον του τα τοςαυτα πεποιθεναι τον λαον, ως και τον ναον κατασκαφηναι, ειρηκεναι κατα μηνιν θεου ταυτα αυτοις απηνητηκεναι δια τα εις Ιακωβον του αδελ-*

\*) De vir. illustr. Triginta itaque annos Hierosolymorum rexit ecclesiam, id est: vsque ad septimum Neronis annum.

\*\*) Μετα δε το σιγησαι αυτους, απεκριθη Ιακωβος, λαγων. κ. τ. λ.

\*\*\*) *Hegesippus* apud. *Euseb.* h. e. II, 23. Διαδεχεται δε την εκκλησιαν μετα των αποστολων ο αδελφος του Κυριου Ιακωβος, ο ονομασθεις απο παντων Δικαιος, απο των του Κυριου χρονων μεχρι και ημων.

*Clemens Alex.* ap. *Euseb.* h. e. II, 1. Κλημης δε εν εκτω των αποστιποσεων γραφων — Ιακωβον του Δικαιου επισκοπων, Ιεροσολυμων ελεσθαι.

\*) *Clemens Alex.* l. c.

*Hegesippus* ap. *Euseb.* l. c. et paulo post: Δια γε τοι την υπερβολην της δικαιοσυνης αυτου εκαλειτο Δικαιος και Ωβλιας.

*Eriphanus* adv. haer. l. III. Tom. II. p. 1046. Τουτου ουν (sc. Ιακωβου) ονοματι ουκετι εκαλουν, αλλ ο Δικαιος ην αυτω ονομα.

αδελφον Ιησου του λεγομενου Χριστου, ὑπ' αυτων τε-  
τολημενα. Και το θαυμαστον εστιν, οτι τον Ιησουν  
ημων ου καταδεξαμενος ειναι Χριστον, ουδεν ηττον Ια-  
κωβω δικαιοσυνην εμαρτυρησε τοσαυτην λεγει δε, οτι ο  
λαος ταυτα ενομιζε δια τον Ιακωβον πεπονθεναι) vsum  
esse deinde hunc ipsum Jacobum Hierosolymis per  
aliquod tempus Pauli familiaritate, qui eum στυ-  
λον ecclesiae appellat \*), quamvis in retinendis reli-  
gionis Judaicae ceremoniis inuicem dissensisse videan-  
tur, Gal. II, 9. coll. 11-13. eundem porro coeuae  
Domini interfuisse, et cum Christo post resurrectio-  
nem ejus colloquutum esse; (quod ex 1 Cor. XV, 7. \*\*)  
cum loco Evangelii secundum Hebraeos \*\*\*) collato  
probabile reddidit S. V. HERDERVS in libro: *Brieffe  
zweener Brüder Jesu in unserm Canon* p. 21. sqq.) vi-  
tae denique genus obiisse eum ad Nasiraeorum disci-  
plinam plane accommodatum, de quo quidem ipso,  
nec non vitae ejus exitu ipsum *Hegesippi* \*) locum  
transcribere liceat. Διαδεχεται δε την εκκλησιαν  
μετα των αποστολων ο αδελφος του κυριου Ιακωβος, ο  
ονομασθεις ὑπο παντων Δικαιος απο των του Κυριου  
Χρονων μεχρι και ημων. Επει πολλοι Ιακωβοι εκα-  
λουν-

A 3

λουν-

\*) Gal. I. c. et II, 9. Και γνωντες την χαριν, την δοθει-  
σαν μοι Ιακωβος και Κηφας και Ιωαννης οι δοκουντες στυ-  
λοι ειναι, δεξιας εδωκαν μοι και Βαρναβη ποιωνιας.

\*\*) Επειτα ωφθη Ιακωβω· ειπα τοις αποστολοις πατιν.

\*\*\*)) Jurauerat enim Jacobus, se non comesturum panem  
ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec vi-  
deret eum resurgentem a mortuis. Rursusque post  
paululum: afferte, ait Dominus, mensam et panem.  
Statimque additur: tulit panem et benedixit, ac fre-  
git, et dedit Jacobo Iusto, et dixit ei: frater mi, co-  
mede panem tuum, quia resurrexit filius hominis a  
dormientibus.

\*) Apud *Euseb.* h. e. II, 23.

λουτο. Ούτος δε εκ κοιλιας της μητρος αυτου ἅγιος ην. Οινον και σικερα ουκ επιεν, ουδε εμψυχον εφαγεν· Ξυρον επι την κεφαλην αυτου ουκ ανεβη· ελαιον ουκ ηλεψατο, και βαλανειω ουκ εχρησατο. Τουτω μονω εξην εις τα ἅγια εισιναι. Ουδε γαρ ερεουν εφορει, αλλα σιθονας. Και μονος εισηρχετο εις τον ναον. Ήυρισκετο τε κειμενος επι τοις γονασι, και αιτουμενος ὑπερ του λαου αφησιν· ὡς απεσυληκεναι τα γονατα αυτου διηνη καμηλου, δια το αιε καμπτειν επι γονυ προσκυνουντα τῷ Θεῷ, και αιτησθαι αφησιν τῷ λαῷ. Δια γε τοι την ὑπερβολην της δικαιοσυνης αυτου, εκλειτο Δικαιος και Ωβλιω· ὁ εστιν ἑλληνηστι περιοχη του λαου και δικαιοσυνη, ὡς οἱ προφηται δηλουσι περι αυτου. Τινες ουν των ἑπτα αἱρεσεων, των εν τῷ λαῷ, των προγεγραμμενων μοι εν τοις ὑπομνημασιν επυνησαντο αυτου, τις ἢ θυρα τε Ιησῆ; και ελεγε, τιστον ειναι τον σωτηρα· εξ ᾧ τινες επισευσαν, ὅτι Ιησῆς εστιν ὁ Χριστος. Αἱ δε αἱρεσεις αἱ προειρημεναι ουκ επισευον ουτε ανασασι, ουτε ερχομενον αποθεναι ελασῶ κατα τα εργα αυτου. Ὅσοι δε και επισευσαν, δια Ιακωβον. Πολλων ουν κατα των αρχοντων πισευοντων, ην θορυβος των Ιουδαιων και γραμματειων και φαρισαιων, λεγοντων ὅτι κινδυνευει πας ὁ λαος Ιησου τον Χριστον προσδοκων. Ελεγον ουν συνελθοντες τῷ Ιακωβῷ· παρακαλουμεν σε, επισχες τον λαον, επει επληνηθη εις Ιησου, ὡς αυτου οντος τε χριστ· παρακαλουμεν σε πεισαι παντας τους ελθοντας εις την ἡμεραν του πασχα περι Ιησῆ. Σοι γαρ παντες πειδομεθα· ἡμεις γαρ μαρτυρημεν σοι και πας ὁ λαος, ὅτι δικαιος ει, και ὅτι προσωπον ε λαμβανεις. Πεισον ουν συ τον οχλον, περι Ιησῆ μη πλανασθαι, και γαρ πας ὁ λαος και παντες πειδομεθα σοι. Στηθι ουν επι το πτερυγιον τε ἱερῆ, ἵνα ανωθῆν ης επιφανῆς και η ενανηστα ρηματα παντι τῷ λαῷ. Δια γαρ το πασχα συνελθουσαι πασαι αἱ φυλαι μετα και των εθνων. Εστησαν ουν οἱ προειρημενοι γραμματεις και φαρισαιοι τον Ιακωβον

καὶ βίβλος  
καὶ ἡμεῖς  
γινώσκοντες  
ἀποστολῆς  
καὶ ἡμεῖς  
ἐπι τῶν  
καὶ  
λεγοντες  
προφηταί  
καὶ ἐπιστο  
ἰσὶν ἀλλὰ  
ἐβίβλος  
καὶ ἡμεῖς  
γραφῆς  
καὶ ἡμεῖς  
τῶν ἡμεῖς  
τῶν ἡμεῖς  
τῶν ἡμεῖς  
βίβλος  
λεγοντες  
γὰρ ὁμοίως  
αὐτοῖς  
τῶν ἡμεῖς  
λεγοντες  
ὁμοίως  
ἔστιν ἐν  
καὶ ἡμεῖς  
Ἡεβραϊστῶν  
πλὴτα τῶν  
locum vni  
ἐστὶν καὶ  
Αἰθίοπων δὲ

\*) Ant. j.

κωβον επι το πτερυγιον τε νακ, και εκραξαν αυτω και ειπον· Δικαιε ω παντες πειθεσθαι οφειλομεν, επει ο λαος πλαναται οπισω Ιησω τε σταυρωθεντος, απαγγελιον ημιν, τις η θυρα τε Ιησω τε σταυρωθεντος; Και απειρινατο φωνη μεγαλη· τι με επερωτατε περι Ιησω τε υιου τε ανθρωπου; και αυτος καθιται εν τω κρανω εκ δεξιων της μεγαλης δυναμειως, και μελλει ερχεσθαι επι των νεφελων τε κρανω. Και πολλων πληροφορηθεντων και δοξαζοντων επι τη μαρτυρια τε Ιακωβω, και λεγοντων ως Αινα τω υιω Δαβιδ, τοτε παλιν οι αυτοι Γραμματαις και Φαρισαιοι προς αλληλους ελεγον· ακως εποισαμεν τοιαυτην μαρτυριαν παρασχοντες τω Ιησω· αλλα αναβαντες, καταβαλωμεν αυτον, ινα φοβηθεντες μη πιστευσωσιν αυτω, και εκραξαν λεγοντες· ω ω, και ο δικαιος επλανηθη. Και επληρωσαν την γραφην, την εν τω Ησαϊα γεγραμμενην· αρωμεν τον δικαιον, οτι δυσχρηστος ημιν εστι, τοιουν τα γεννηματα των εργαων αυτων φαγονται. Αναβαντες ουν κατηβαλον τον δικαιον, και ελεγον αλληλοις· λιθασωμεν Ιακωβον τον δικαιον. Και ηρξαντο λιθαζειν αυτον, επι καταβληθεις εκ απεθανεν, αλλα στραφεις εθηκε τα γονατα λεγων· παρακαλω, κυριε Θεε Πατηρ, αφες αυτοις, ε γαρ οιδασι, τι ποιησιν· εγω δε καταλιθοβολουνταν αυτον, εις των ιερων των υιων Ρηχαβ υιου Ραχαβειμ των μαρτυρημενων υπο Ιερειμω τε προφητη, εκραζει λεγων· παυσασθε, τι ποιητε· ευχεται υπερ υμων ο δικαιος. Και λαβων τις απ αυτων εις των γραφων το ξυλον εν ω απεπιζε τα ιματια, ηνεγκε κατα της κεφαλης τε δικαιε. Και ετως εμαρτυρησεν. Cui tamen Hegesippi narrationi cum fabulosa quaedam admixta videantur, subjungendum censuimus *Josephi*\*) locum utique fide digniorem. Ο Ανανος, νομιστας εχειν καιρον επιτηδειον, δια το τεθνηαι μεν Φιστον, Αλβιον δε επι κατα την οδον υπαρχειν, καθιζει συνε-

\*) Ant. jud. l. XX, c. 8. et apud *Euseb.* h. e. II, 23.

δριον κριτων, και παραγαγων εις αυτο τον αδελφον Ιηση, λεγομενυ χριστη, Ιακωβος ονομα αυτη, και τινες ετερες, ως παρανομικσαντων κατηγοριαν ποιηταμενος παρεδωκε λευσθησομενυς (cit. Orig. c. Cels. l. p. 33. et in Matth.) Οσοι δε εδοκην επικριστατοι των κατα την πολιν ειναι, και τα περι τους νομους ακριβεις, βαρειωσ ηνεγκαν επι τωτω, και πεμπτησιν προς τον βασιλευα κρυφα, παρακαλουντες αυτον, επιστειλαι τω Ανατω, μηκετι τοιαυτα πρασσειν, μηδε γαρ το πρωτον ορθωσ αυτον πεποικηκαι. Τινεσ δε αυτων και τον Αλβινον υπαντιαζουτιν απο της Αλεξανδρειασ οδοιπορουντα, και διδασκουτιν ως ουκ εζον ην Ανατω χωρις της εκεινου γνωμησ καθιται συνεδριον. Αλβινουσ δε πισθεις τοις λεγομενοις, γραφει μετ' οργησ τω Ανατω, ληψεται παρ αυτη δικασ απειλων. Και ο βασιλευσ Αγραππασ δια τουτο την αρχιερευσην αφελομενουσ, αυτου αρξαντουσ μηνασ τρεισ, Ιησην τον τε Δαρμιναιε καταστησεν.

Jam vero utrumque Jacobum, unum *Alphaei filium*, apostolum, alterum *Jesu fratrem*, distinguendos inuicem esse, sunt qui affirmant, sunt etiam qui negent. Qui negant in diversam iterum abeunt sententiam. Alii Jacobum hunc Josephi et Mariae, Cleophae uxoris, cui Josephus, Cleopha fratre mortuo, leuiratu junctus fuisset, filium esse, eamque ob causam eundem Jacobum cum Alphaei (quem a Cleopha distinguendum esse negant,) tum Josephi filium, adeoque et Christi fratrem dici posse contendunt, in quorum numero est *Theophylactus*: Αδελφουσ, inquit, και αδελφασ ειχεν ο Κυριουσ, τουσ του Ιωσηφ παιδασ, ουσ ετεκεν εκ της του αδελφου αυτου Κλωπα γυναικουσ. Του γαρ Κλωπα απαιδουσ τελευτησαντουσ, ο Ιωσηφ ελαβε κατα τον νομον την γυναικα αυτου, και επαιδοποιησεν εξ αυτησ παιδασ εξ, τεσσαρασ φερρεασ, και δυο θηλειασ, την Μαριαν, η ελεγετο του Κλω-

Κλωπα θυγατηρ κατα τον νομον, και την Σαλω-  
μην \*). Alii vero eum ab ipso Cleopha atque Ma-  
ria Cleophae vxore, eadem matris Jesu Christi sorore,  
progenitum, et ob solam quotidianam, quae ipsi  
cum Christo erat, consuetudinem, αδελφον ejus di-  
ctum esse arbitrantur, quamuis ανεισιος Christi fue-  
rit. Ita statuunt *Hieronymus* ad Gal. I, 19. "Jaco-  
bus dicitur frater Jesu, quoniam de Maria Cleo-  
phae, sorore matris Domini natus esse monstratur.,  
*Idem* in Matth. XII. "Quidam fratres Domini de  
alia vxore Josephi filios suspicantur, sequentes de-  
liramenta apocryphorum, et quandam Escham mu-  
lierculam confingentes. Nos autem sicut in libro,  
quem contra Heluidiam (I, 7.) scripsimus, conti-  
netur, fratres Domini non filios Josephi, sed con-  
sobrinos Saluatoris, Mariae liberos intelligimus ma-  
terterae Domini, quae esse dicitur mater Jacobi  
minoris et Joseph et Judae, *Theodoretus* ad Gal.  
I, 19. Αδελφος του κυριου εκαλειτο μεν (Ιακωβος) ουκ  
ην δε φυσει. Ουτε μητ, ως τινες υπειληφασι, του Ιω-  
σεφ υιός ετυγχανεν αν, εκ πρωτερων γαμων γενομε-  
νος, αλλα του Κλωπα μεν ην υιός, του δε κυριου ανει-  
σιος, μητερα γαρ ειχε την αδελφην της του κυριου μη-  
τερος \*\*). Contra vero, qui vtrumque Jacobum dif-  
ferre inuicem existimant, Josephum duas vxores,

A 5

prio-

\*) *Idem* in Matth. XII. Αδελφος και αδελφας ειχεν ο  
Κυριος, τους του Ιωσηφ παιδας. κ. τ. λ.

Et in 1 Cor. IX, 5. Αδελφος του Κυριου φησι του  
Ιακωβου του ιεροσολυμων επισκοπον, και Ιωσην και Σι-  
μωνα και Ιουδα. Οι αδελφοι ανομασθησαν του Κυριου  
δια την προς την θεοτοκου του Ιωσηφ μνηστειαν.

\*\*) Cf. praeterea *Hieronymus* adv. Heluid. Opp. Tom. II.  
p. 218. sq. Nulli dubium est, duos fuisse apostolos  
Jacobi vocabulo nuncupatos, Jacobum Zebedaei et  
Jacobum Alphaei. Istum, nescio quem minorem Ja-  
cobum,

priorem Escham, — e qua nati sint Jacobus, Joses, Simon, Judas et filiae duae Esther et Thamar, vel

vt

cobum, quem Mariae filium, nec tamen matris Domini scriptura commemorat, apostolum vis esse an non? Si apostolus est, Alphaei filius erit, et credet in Jesum; et non erit de illis fratribus, de quibus scriptum est: *neque enim tunc fratres ejus credebant in eum.* Si non est apostolus, sed tertius nescio quis Jacobus, quomodo est frater Domini putandus, et quomodo tertius ad distinctionem majoris appellabitur minor, quum major et minor non inter tres sed inter duos soleant praebere distantiam; et frater Domini apostolus sit, Paulo dicente: *Deinde post triennium veni Jerusalem videre Petrum et mansi apud illum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.* (Gal. I, 18. 19.) Et in eadem epistola; *Et cognita gratia, quae data est mihi, Petrus et Jacobus et Johannes, qui videbantur columnae esse.* (II, 9.) Ne autem hunc putes Jacobum filium Zebedaei, lege actus apostolorum. Iam ab Herode fuerat interemptus. Restat conclusio, vt Maria ista, quae Jacobi minoris scribitur mater, fuerit vxor Alphaei, et soror Mariae matris Domini, quam Mariam Cleophae Johannes Euangelista cognominat, siue a patre, siue a gentilitate familiae, aut quacunque alia causa ei nomen imponens. — (*omissa vid. p. 15*). Nunc illud est, quod conamur ostendere, quemadmodum fratres Domini appellentur filii materterae ejus, Mariae, qui antea non credentes postea crediderunt. Licet fieri potuerit, vt vno statim credente, alii diu increduli fuerint, et hanc fuisse matrem Jacobi et Jofetis i. e. Mariam Cleophae vxorem Alphaei, et hanc dictam Mariam Jacobi minoris. Quae si esset mater Domini, magis eam, vt in omnibus locis, matrem illius appellasset, et non aliorum dicendo matrem, alterius voluisset intelligi. Verum in hac parte contentiosum funem non traho, alia fuerit Maria Cleophae, alia Maria Jacobi et Jofetis, dummodo constet, non eandem Mariam Jacobi et Jofetis esse, quam matrem Domini. Et vnde, ais, fratres Domini dicti sunt,



vt alii, Maria et Salome — alteram Mariam, matrem Christi, duxisse contendunt. Quae quidem sententia, Ebionitis imprimis probata, ex apocrypho Petri et Jacobi euangelio\*) deprompta, hinc, ipso Origine, qui ipse eam amplectitur, teste, in patrum scripta transiisse videtur. Verba *Origenis* in Matth. 12. haec sunt: Τους δε αδελφους Ιησου φασι, τινες ειναι εκ παραδωτικως ορμωμενοι του επιγεγραμμενου κατα Πετρον ευαγγελιου η του βιβλα Ιακωβ, υιους Ιωσηφ εκ προτερας γυναικος, συνωκηκιας αυτω προ της Μαριας. Οι δε ταυτα λεγοντες το αξιωμα της Μαριας εν παρθενια τηρειν μεχρι τελους βουλονται, ινα μη το κριθεν εκεινο σωμα διακονησασθαι τω ειποντι λογω Luc. I, 35. γνω κοιτην ανδρος μετα το επελθειν εν αυτη πνευμα αγιον και την επισκιακιαν αυτη δυναμιν εξ υψους. Και ομια λεγον εχειν ανδρος μεν καθαρωτητος τον εν αγνεια απαρχην γεγονεναι τον Ιησουν, γυναικων δε Μαριαμ. Ου γαρ ευφημον αλλην παρ' εκεινην την απαρχην της παρθενιας επιγραψασθαι. Ιακωβος δε εστιν ουτος, ον λεγει Παυλος ιδειν εν τη προς Γαλατας επιστολη, ειπων' ετερον δε των αποστολων ουκ ειδον, ει μη Ιακωβον, τον αδελφον του Κυριου \*\*). Eadem sentit Eriphanius adv. haer. l. 1. T. 2. p. 119. Κατασταθεντος ευθυς Ιακωβ του αδελφου Κυριου καλουμενου και αποστολου, επισκοπου πρωτου υιου του Ιωσηφ φυσει ουτος, εν ταξει δε αδελφου του Κυριου κληθεντος δια  
την

funt, quia non erant fratres? Iam nunc doceberis, quatuor modis in scripturis diuinis fratres dici, natura, gente, cognatione, affectu. etc. etc. cf. Idem de script. eccl. et Catal. V. vid. infra.

Eidem praeterea sententiae subscribunt *Sophronius, Isidorus Hispalensis* de vita et obitu sanct. C. 68. *Augustin.* tract. 28, in Joh.

\*) Exst. in *Fabricii* Cod. pseud. N. T.

\*\*\*) Cf. *Idem* in Cap. II. Joh.

την συναναστροφην. Ην γαρ ὁ Ἰακωβος οὗτος υἱος του Ἰωσηφ εκ γυναικος του Ἰωσηφ, ουκ απο Μαρίας, ὡς και εις πολλους τοπους τουτο ἡμιν ειρηται, και σαφιστερον ἡμιν πεπραγματευται, αλλα και ευρισκομεν αυτον εκ του Δαβιδ οντα δια το υιον ειναι του Ἰωσηφ Ναζιραιου γενομενον. Ην γαρ πρωτοτοκος τῷ Ἰωσηφ, και ἡγιασμενος \*). Quorum quidem sententiarum alius interpres aliam, Grotius vero posteriorem amplexus est: "dictus autem, inquit, hic Jacobus frater Domini, quod filius esset Josephi τῆς τεκτονος, ex priore uxore."

HERDERVS tandem, V. S. V., Jacobum quidem Alphaei filium diuersum esse putat a Jacobo Jesu fratre, sed illum ex Alphaeo et Maria, matris Jesu sorore, hunc a Josepho et Maria Jesu parentibus ipsis genitum esse contendit, opinionisque, qua, nullo Jesum vsum esse fratre germano, asseritur, origines praecipue, si non vnice, ex vana quadam superstitione, qua singularis quaedam tum Jesu hominis tum Mariae dignitas etiam in hoc, quod *solus* Mariae

\*) Cf. *Idem* adv. haer. l. 3. T. 2. et *Hilarius* Comment. in Matth. Cap. I. Plures huic sententiae addictos attulit *Pearsonus* ad symbol. ap. p. 312.

Quibus tamen minime annumerandus videtur *Eusebius*, siquidem ille Jacobum tantum *Josephi* filium esse contendit, nulla alius praeter Mariam vxoris mentione facta. En ipsa ejus verba. h. e. II, 1. Τότε δητα και Ἰακωβον, τον του κυριου λεγομενον αδελφον, οτι δη και ουτος του Ἰωσηφ υιομαστο παις. Του δε χριστου πατηρ ὁ Ἰωσηφ, ὃ μνηστευθεισα ὁ παρθενος, πριν η συνελθειν αυτους, ευρεθη εν γαστρι εχουσα εν πνευματος αγιου, ὡς η ιερα των ευαγγελιων διδασκει γραφη. Quodsi vero suspitioni locus est, *Eusebium* potius *Jacobum*, τον αδελφον του κυριου, pro filio *Josephi ex Maria*, matre *I. C.* progenito habuisse putauerim, cum quia de matre *Jacobi* tacet, tum quia de hac ipsa *Maria Jesu* matre paulo post sermo est.

Mariae filius natus erat, quaerebatur, repetendas esse, ostendit, id quod etiam ex locis supra allatis satis apparet. Quodsi vero, inquit, diuina Jesu Christi majestas ex loci, quo ortus est tenuitate, vitae humilitate, ipsius denique mortis, quam cruentam in cruce obiit, infamia nullum omnino cepit detrimentum, cur *fratrum consortium*, et id quidem varitis grauissimisque vitae communis virtutibus alendis exercendisque aptissimum, ipsi ducatur opprobrio? Quid quod Christo, si a diuina portentofoaque ejus recesseris origine, omnia cum caeteris hominibus fuerunt communia, neque adeo fratrum, fororumque sodalitium vilam ei contrahere potuisse contumeliam videri potest? Denique cum tantum abfuerit, vt fecunditas apud Hebraeos contemptui haberetur, vt potius in ea magna quaedam pars tum dignitatis muliebris tum felicitatis poneretur, cur numerosam prolem Mariae potissimum ignominiam creasse arbitremur?

Quibus expositis HERDERVS opiniones ipsas de Jacobi natalibus supra prolatas hac ratione infringere studet: 1) "Josephum leuiratu Mariae „Cleophae vxori jungi potuisse negat, quia ex le- „viratus lege conjux tantum demortui fratris, mi- „nime vero vxoris soror duci debuisset.„ Verif- „sime id quidem, sed non apte ad rem propositam, cum, qui Josephum et Mariam Cleophae vxorem leuiratu junctos fuisse contendunt, Cleopham Josephi fratrem fuisse arbitrantur: 'Ους (παιδας) ετε- „κεν (ιωσηφ) inquit Theophylactus, εκ της του ΑΔΕΛ- „ΦΟΥ αυτου Κλωπα γυναικος. Sed alia sunt, quae cum hac de leuiratu opinione conciliari commode non possunt: tum illud, quod Josephus ipse vxorem jam duxerat, tum hoc, quod Cleophas absque dubio superstes adhuc erat Luc. XXIV, 18. ne di-

cam

cam forte ipsam leuiratus legem tum temporis jam videri fuisse abrogatam. 2) Alteram vero opinionem de duabus Josephi vxoribus, quae argumentis refutetur, dignam vix censet HERDERVS, quippe quae eo consilio, vt male effectum numerosae sobolis probum a Maria remoueretur, excogitata, ex apocrypho euangelio in patrum quorundam scripta promanauit, jam ab ipso *Hieronymo* \*) refutata. 3) Sed ne illud quidem concedit HERDERVS, Iacobum apostolum Jesu Christi fuisse *consobrinum*. Quam sententiam, qui tuentur, veteres et recentiores interpretes, his potissimum innituntur argumentis: a) vocem *αδελφος* saepe in N. T. significare *consobrinum* \*\*). Enimvero, quae ad defendendum hunc vsus loquendi afferre solent loca Matth. XII, 46. XIII, 55. Marc. VI, 29. de ipsis his Jesu *αδελφοις* agunt, qui, quo tandem sensu *αδελφοι* dicantur, non ex his locis sed aliunde effici debet. Neque tamen negandum esse censeo voci *αδελφος* in N. T. hanc *του ανεψιου* significationem, cum quia in scriptoribus etiam Graecis Romanisque vox *αδελφος* et *frater* \*\*\*)) hoc significato occurrat, tum praecipue quia hebraicum *אח*, cui *αδελφος* in N. T. respondet, saepissime in N. T. de *consanguineo* dicitur. e. g. Gen. XIII, 8. XX, 12. XXIX, 10. XXXI, 23. quibus in locis et Rasche vocem

אח

\*) Vid. loca supra p. 9. allata.

\*\*\*) *Theophylactas*. Ειωθεν η γραφη τους συγγενεις αδελφους ονομαζειν. *Olympiodorus*. Αδελφος και αδελφας παντας τους συγγενεις ειωθεν η θεια προσαγορευειν γραφη.

\*\*\*\*) Apud *Curtium* VI, 10. 24. Amyntas Perdiccae filius vocatur *frater* Alexandri, qui tamen *patruelis* ejus erat. Plura habet *Edzardus* ad Auoda Sara C. 2. p. 310.

זיחא semper reddit קרובים \*). Vtraque igitur significatio obtinet in N. etiam T. tum *fratris*, tum *patruelis*: vtra vero his potissimum locis, quibus αδελφοι Ιησου commemorantur, praeferenda sit, aliunde est dijudicandum. HERDERVS ad ejusmodi locorum contextum prouocat, ex quo saluo loci sensu nonnisi germanum fratrem intelligi posse appareat, de quibus quidem locis infra dicetur. b) "Mariam quae Marc. XV, 40. \*\*) Matth. XXVII, 56. \*\*\*) minoris Jacobi Josisque mater dicitur loco parallelo Joh. XIX, 25. \*) Cleophae nominari vxorem." Sed quis quaeso Mariam utroque loco commemoratam fuisse eandem pro certo affirmare aufit? Quodsi vero vel maxime ita esset, inde tamen, quod Cleophae dicitur vxor, Alphaei etiam, cujus filius Jacobus apostolus erat, habendam esse conjugem, non apparet. Me quidem non fugit, apud veteres haud raro duobus nominibus occurrere hominem eundem: ad quod Hieronymum etiam video prouocantem\*\*); neque tamen in Alphaeum

\*) Pluribus exemplis hunc loquendi usum confirmauit Pearsonus ad Symbol. apost. p. 313.

\*\*) Ησαν δε και γυναικες απο μακροθεν Θεουσαι, εν αις ην και Μαρια η Μαγδαληνη, και Μαρια η του Ιακωβου του μικρου, και Ιωση μητηρ, και Σαλωμη.

\*\*\*) Εν αις ην Μαρια η Μαγδαληνη, και Μαρια η του Ιακωβου, και Ιωση μητηρ, και η μητηρ των υιων Ζεβεδαιου.

\*) Ειστηθεισαν δε παρα τω σταυρω του Ιησου η μητηρ αυτου, και η αδελφη της μητρος αυτου, Μαρια, η του Κλωπα, και Μαρια η Μαγδαληνη.

\*\*) Adv. Heluid. Opp. Tom. 2. p. 219. Si autem inde tibi alia atque alia videtur, quod alibi dicatur: *Maria Jacobi minoris mater.* et hic *Maria Cleophae*, discite scripturae consuetudinem, eundem hominem diversis nominibus nuncupari. *Raguel* socer Moyli, et *Jethro*

phaeum et Cleopham haec cadere videntur, non tam, quod HERDERVS vrget, quia vtrumque nomen et sono et significato plane sit diuersum (vtique enim *Alphaeus*, aequae ac sit *Cleophas*, Chaldaice  $\alpha\lambda\phi\alpha\iota\varsigma$  scribi potest,) quam quia apud eundem Lucam vtrumque nomen occurrit VI, 15. \*) coll. XXIV, 19. \*\*) Quodsi enim Lucas Cleopham et Alphaeum pro eodem habuisset, vnum idemque vocabulum eum adhibiturum, vel saltem, si alio praeterea vti voluisset, vtrumque diuersum non esse paucis (veluti sic:  $\alpha\lambda\phi\alpha\iota\varsigma\ \acute{o}\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\epsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota\ \kappa\lambda\epsilon\omega\pi\alpha\varsigma$ ) additurum, sicque, ne incerta euaderet narratio atque ambigua, prospecturum fuisse probabile est. Quanquam, fateor ipse, et hoc argumentum parum magnam vim habere videtur, si memineris, Lucae euangelium non esse ab ipso diligenter elaboratum, sed ex variis a se collectis narrationum symbolis tum hebraicis, tum graecis transcriptum atque compilatum: vnde si alia quadam narratione  $\alpha\lambda\phi\alpha\iota\varsigma$  per  $\kappa\lambda\epsilon\omega\pi\alpha\varsigma$ , alia per  $\alpha\lambda\phi\alpha\iota\varsigma$  expressum iam erat, non mirum est, si vtramque formam etiam in suos commentarios Lucas transtulerit. Neque tamen plane praetereundum esse cen-

seo,

*Sethro* dicitur. *Gedeon* nullis causis immutati nominis ante praemissis, subito *Serobaal* legitur. *Ozias* rex Iuda vicissim *Azarias* vocatur. Mons *Tabor* *Itabyrium* dicitur. Rursum *Hermon* Phoenices cognominant *Sanior*, et *Amorraeus* cognominat eum *Sanir*. Eadem coeli plaga tribus nominibus appellatur *Nageb*, *Theman*, *Darom*, lege Ezechiel. *Petrus* et *Simon* dicitur, et *Cephas*. *Judas Zelotes* in alio euangelio *Thaddaeus* dicitur.

\*)  $\mu\alpha\tau\theta\alpha\iota\omicron\nu\ \kappa\alpha\iota\ \theta\omega\mu\alpha\nu\ \iota\alpha\kappa\omega\beta\omicron\nu\ \tau\omicron\nu\ \tau\omicron\nu\ \alpha\lambda\phi\alpha\iota\omicron\nu\ \kappa\alpha\iota\ \sigma\iota\mu\omega\nu\alpha\ \tau\omicron\nu\ \kappa\alpha\lambda\epsilon\upsilon\mu\epsilon\nu\ \zeta\eta\lambda\omega\tau\eta\nu$ .

\*\*)  $\alpha\pi\epsilon\pi\eta\lambda\theta\iota\varsigma\ \delta\epsilon\ \acute{o}\ \epsilon\iota\varsigma\ \omega\ \omicron\nu\omicron\mu\alpha\ \kappa\lambda\epsilon\omega\pi\alpha\varsigma\ \epsilon\iota\pi\epsilon\ \pi\acute{\rho}\omicron\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\omicron\nu\ \kappa\omicron\ \tau\omicron\ \lambda\omicron$ .

seo, quod et Syrus, qui alias vocabula synonyma inuicem permutare non dubitat, (Πετρος enim vertere solet  $\text{Πετρος}$ ) Κλεωπας semper reddat  $\text{Κλεωπας}$  Αλφαιος vero semper  $\text{Αλφαιος}$ . Praeterea nec hoc notatu videtur indignum, Jacobum in apostolorum recensu, a Matthaео Marco et Luca exhibito, semper vocari filium Alphaei, nunquam Cleophae: quod tamen, si Alphaeus et Cleophas vnus idemque fuerit, casu ita accidisse vix probabile videtur. Quicquid vero sit, si vel maxime concedatur, Mariam Cleophae vxorem fuisse Jacobi apostoli matrem, fuisse etiam Cleopham eundem qui Alphaeus, cur non Mariae etiam Iosephi vxori filius *Jacobus* aliquis esse potuerit, equidem non video. Forsan ipse Euangelista Jacobum apostolum *minoris* cognomine a Jacobo *majori*, Iosephi Mariaeque filio, distingui voluit. Solet quidem *Jacobus Zebedaei* filius pro *majori* haberi, sed cum nullibi *Jacobi majoris* mentio fiat, illud ipsum *majoris* cognomen non minus ad *Iosephi Mariaeque*, quam ad *Zebedaei* filium referri posse videtur. Et cur denique Maria, quae dicitur mater Jacobi et Iosephi, si mater των αδελφων του Κυριου habenda esset, non potius Maria Jacobi et *Judae*, epistolae catholicae auctoris, vocaretur, qui magis notus fuisse videtur quam Ioseph, atque adeo pro apostolo haberi solet \*). Praeter haec

\*) Nam hunc ipsum Judam, αδελφον Ιησου, epistolae catholicae habendum esse auctorem, vel exinde apparet, quod Judas in epistolae initio Ιακωβου se profitetur esse αδελφον. Iam vero praeter hunc Jacobum, Jesu αδελφον, nemo fuit, qui fratre vnus erat *Judas*, ergo et hic *Judas* intelligendus esse videtur: quem tamen aequae ac Jacobum epistolae catholicae auctorem, in XII apostolorum numerum vix admittendum esse, infra demonstrabitur.

haec ab HERDERO jam refutata argumenta insuper solent inferre 3) "veteres tantum non omnes „consentire, nonnisi duo Jacobos fuisse eosdemque „apostolos, Zebedaei vnum, alterum Alphaei „filium, quorum posterior Jesu fuerit consobrinus.„ (cf. loca supra allata). Sed vt taceam de maximo patrum in hac re dissensu, (vid. supra) quaenam fides debetur testimoniis, quibus ad vnum omnibus ipso *Origine* \*) teste, vana ista subest superstitio, diuinum Jesu Christi honorem fratrum imminui confortio? 4) "Jacobum Christi fratrem a Paulo Gal. „I, 19. in apostolorum numerum referri, dicente: „έτερον δε των αποστολων ουκ ειδον, ει μη Ιακωβον, „τον αδελφον του Κυριου.„ Sed post verba ει μη Ιακωβον suppleamus τον αποστολον, plane necesse non est: verum si vel maxime ex contextus ratione suppleendum sit, (id quod et mihi arridet), quid inde, quam Jacobum αδελφον Ιησου in apostolorum quidem numerum relatum, minime vero cum Jacobo Alphaei filio eundem fuisse. 4) "Tandem ex Joh. XIX, „26 27. apparere nullum omnino Mariae filium „fuisse, quia Jesus ibi moriens matrem non *fratri* „germano, sed *Johanni suo* commendans sic alloqueretur: γυναι, ιδου ο υιος σου! „ Meminerimus autem, quantus fuerit Jesu erga Johannem suum amor, quanta necessitudinis familiaritatisque conjunctio: vt adeo huic Johanni, quem fraterno amore amplectebatur, matrem etiam jure commendare potuisse videri debeat. Ceterum voces υιος et μητηρ non nimis premendas esse, per se apparet, cum et hodie parentes, etsi liberis non destituti, eum, qui filii pietate eos prosequitur, *filium*; liberi vero parentibus nondum orbat, alios etiam homines bene de se meritos *parentes* vocare soliti sint.

\*) L. c.



Posthaec HERDERVS suam ipsius opinionem de Jacobo germano Jesu fratre eodemque a Jacobo apostolo, Alphaei filio, vere discernendo, his potissimum argumentis confirmat, alio tamen ordine, argumentorum grauitati magis accommodato, jam a me dispositis. 1) Matth. XIII, 57\*). Jesus sibimet ipsi familiam tribuit: ουκ εστι προφητης ατιμος, ει μη εν τη πατριδι αυτου, και εν τη οικια αυτου. 2) Matth. I, 20. 24. 25. non tantum πρωτοτοκος dicitur Mariae filius, quo ipso nomine plures postea nati ejusdem matris filii indicari videntur, verum etiam post natum Jesum consuetudine conjugali vere junctos inuicem vixisse Iosephum et Mariam, non obscure significatur his: ουκ εγνωσκειν αυτην, εως ου ετεκε τον υιον αυτης τον πρωτοκοκον. 3) Joh. VII, 2-10. αδελφοι cum Christo ita colloquuntur, vt, quisquis a cupiditate fuerit alienus, nonnisi germanos ejusdemque domus fratres intelligere possit: prouti Matth. XII, 46-50.\*\*) fratres a discipulis tam clare distinguuntur, vt non facile quis eos cum his commutauerit. 4) Matth. XIII, 55. 56\*\*\*). Judaei generis ignobilitatem Jesu his verbis exprobrant: ουχ ουτος εστιν ο του τεκτονος υιος; ουχι η μητηρ αυτου λεγεται Μαριαμ; και οι αδελφοι αυτου Ιακωβος, και Ιωσης, και Σιμων, και Ιουδας; και αι αδελφαι αυτου ουχι πασαι προς ημας εισι; ποθεν ουν τωτω ταυτα παντα; quo quidem loco, cum matrem germanam intelligendam esse nemo dubitet, idem de fratribus etiam et fororibus, atque adeo de ipso quoque Jacobo statuendum videri, nisi totum locum frigidum reddere volueris atque

B 2

jeju-

\*) Coll. Marc. VI, 4. Luc. IV, 24. Joh. IV, 44.

\*\*) Coll. Marc. III, 31-35. Luc. VIII, 19-21.

\*\*\*) Coll. Marc. VI, 3. Luc. IV, 24. Joh. VI, 42.

jejunum, negari vix potest. Iam quidem, etsi ceterum nec Herderianis argumentis, nec meis quilibuscunque dubiis tantam ego quidem vim tribuere ausim, vt iis solis rem plane confectam, et omnem dubitandi et contra disputandi materiam e medio sublatam esse mihi persuaserim; cum potius illa ipsa loca N. T. modo commemorata, si tantum usum loquendi, non vero singulas locorum περιστασις consulueris, etiam de *consobrinis* non prorsus inepta ratione explicari posse concedi debeat; illud tamen, quod vtique grauissimum est, negari non potest, singulis his locis multo saltem facilius orationem omnem procedere, nec facile quemquam, qui ab omni opinione praejudicata liber primus ea legerit, in aliam sententiam discessurum esse, nisi hanc: *Jacobum αδελφον Ιησου a Jacobo Alphaei filio distinguendum, germanumque Jesu fratrem habendum videri.* Verum enim vero Jacobum istum αδελφον Ιησου, siue germanus ille fuerit siue consobrinus, XII apostolis saltem non adnumerandum esse, extra omnem dubitationem positum esse videtur. Quo tempore enim Jacobus Alphaei filius jam in apostolorum numero erat, Jesu fratres, adeoque etiam Jacobus ο αδελφος Ιησου de diuina Jesu ejusque doctrinae auctoritate nondum persuasi fuisse dicuntur. Nam Matth. X, 3. Jacobus quidem *Alphaei* filius inter XII apostolos refertur; idem etiam Marc. III, 18. cum ceteris apostolis tum jam ad doctrinae Jesu velut semina quaedam inter gentes etiam spargenda missus legitur: at vero Matth. XII, 49. Jesus audito nuntio matrem fratresque foris stare: *τινες ειπυ, ινquit, οι αδελφοι μου; και εκτεινας την χειρα αυτου επι τους μαθητας αυτου, ειπεν Ιδου η μητηρ μου, και οι αδελφοι μου, οστις γαρ αν ποιηση το θελημα του πατρος μου, του εν ουρανοις, αυτος μου αδελφος, και αδελφον,*

Φη, και μητηρ εστιν' vnde veros ejus αδελφους hoc quidem tempore eum nondum sequutos ejusque doctrinae addictos fuisse jure colligitur, maxime cum Johannes C. VII, 5. in eadem re enarranda difertis verbis addat: ουδε γαρ οι αδελφοι αυτου επιστευον εις αυτον \*). Et hoc ipsum, quod Jacobus Alphaei filius eodem tempore apostolus dicitur, quo Jacobus αδελφος Ιησου incredulus, mihi quidem firmissimum quoque videtur argumentum, vnde vtrumque Jacobum diuersum fuisse effici atque deduci possit. Praeterea etiam hoc saepius in mentem venit, si Jacobus frater Jesu cum Jacobo apostolo Alphaei filio idem esset, cur huic in apostolorum catalogo nomen illud honorificum αδελφος Ιησου, alias toties frequentatum, ne semel quidem additum sit, praesertim cum plures apostoli, additis fratrum, cognatorumue nominibus in ipsis illis catalogis inuicem distingui soleant; Andreas v. c. Petri αδελφος nominetur, Johannes Jacobi, (filii Zebedaei) Matth. X, 2. 3. coll. Marc. III, 17. 18. Quibus quidem singulis diligenter inuicem collatis ponderatisque, ipse quoque ad eorum sententiam accedo, qui tres Jacobos fuisse statuunt, primum Zebedaei, alterum Alphaei filium, (vtrumque apostolum,) tertium denique Iosephi et Mariae filium, germanum Christi fratrem, in apostolorum tamen numero nulla ratione referendum. Quorum quidem genealogia haec esse videtur:

B 3

Eli

\*) Idem et de Juda, epistolae catholicae auctore valet, quem supra hujus Jacobi fratrem fuisse demonstravimus.

## Eli

<i>Maria</i>	<i>Maria</i>	<i>Maria</i>
qua sponsa Josephi mater Jesu Christi	qua uxor Josephi mater Jacobi, Jofetis, Judae, Simonis, filiarum qua- runtam	uxor Alphazi mater Jacobi Levi *) apostoli, cujusd.
		Cleophas uxor eademoue forsitan Eli filia mater Jacobi Jofetis, minoris.

Jam vero ex his alii alium *epistolae nostrae auctorem* fuisse contendunt. Qui ad *Jacobum Zebedaei filium* eam referunt, inscriptionibus vel subscriptionibus antiquarum quarundam versionum potissimum nituntur. Sic veteri translationi latinae apud Martianaem haec leguntur subscripta: „explicit epistola Jacobi filii Zebedaei, „ Et in versione Syriaca a Widmanstadio edita in fronte trium epistolarum catholicarum ab omnibus acceptarum haec leguntur: „Sic in nomine Jesu Christi, Domini „nostri, finimus tres epistolas Jacobi, Petri, et Johannis, qui transfigurationis Domini nostri testes fuerunt, cum coram ipsis in monte Tabor transfomaretur, quique Mosen et Eliam cum eo colloquentes viderunt. „ Editio Tremellii breuius sic: „tres epistolae trium apostolorum, coram quibus „dominus noster transmutatus est, i. e. Jacobi, „Petri, et Johannis.„ Quibus quidem inscriptionibus si fides habenda esset, omnino Jacobo Zebedaei filio, qui solus transfigurationi, quam vocant, Jesu Christi in monte interfuit\*\*), tribuenda esset epistola. Sed ejusmodi inscriptiones minus antiquae illae quidem, adeoque omni fide destitutae, et ipsae secum inuicem pugnant. Nam editio, quae in bibliis polyglottis exstat, solum Jacobi nomen

\*) Marc. II, 14.

\*\*) Matth. XVII, 1. sqq.

men prae se fert, et versio Arabica ab Erpenio edita, quam constat ex Syriaca esse expressam, hanc epistolam tribuit Jacobo fratri Domini. Accedit, quod Jacobus Zebedaei filius circa annum 43 vel 44, Herode Agrippa regnante, religionis Christianae causa interfectus jam fuerit. cf. Act. XII, 2. quo quidem tempore religio Christiana Palaestinae fines nondum excefferat, cum tamen, epistolam nostram ad homines extra Palaestinam degentes conscriptam esse, statim ex Cap. I, 1. luculenter appareat; nec admodum probabile sit, saltem certa quadam ratione probari non possit: Jacobum praeter morem et consuetudinem apostolorum ecclesiae ante scripsisse litteras, quam ipse eas doctrina Christiana erudiendas informandasque adisset.

Quae cum ita esse deprehenderentur, factum est, vt *Jacobum Alphaei filium* cum veterum recentiorum alii epistolae auctorem haberent, et pro canonica ejus auctoritate pugnant, alii vero, de scriptore apocrypho cogitantes, eam negarent. In his referendi cumprimis sunt *Origenes*, qui ad incerti nominis auctorem epistolam expresse refert \*), et *Eusebius*, qui eam *αντιλεγόμενοις* annumerat, etsi eam a plerisque lectam et tanquam canonicam receptam esse fateatur \*\*); praeterea seculo secundo *Polycarpus*,

B 4

*Justi-*

\*) Comment in Joh. Tom. 19. Εαν δε λεγεται μεν πιστις χωρις δε εργαυ τυγαυη, νεκρα εστιν η τοιαυτη, ως εν τη Φερομενη Ιακωβου ανεγνωμεν.

\*\*\*) H. e. III, 25. Των δε αντιλεγόμενων, γνωριμων δε ουδμως τοις πολλοις, η λεγομενη Ιακωβου Φερεται, η Ιεδα etc.

Ibidem II, 23. Τοιαυτα και τα κατω τον Ιακωβον, ου η πρωτη των ονομαζόμενων κατωλικων επιστολων ειναι λεγεται. Ιστεον δε, ως νοδευεται μεν ου πολλοι γουν των

*Justinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Clemens Ab., Tertullianus*, aliisque seculis alii nullibi saltem hujus epistolae mentionem faciunt, (quanquam in hoc argumento dijudicando ex solo auctoris silentio nil certi colligi posse, putauerim). Cui quidem sententiae, praeter incertam de epistolae auctore, sitne apostolus nec ne, opinionem, pugna etiam quae inter Pauli et Jacobi de fide doctrinam intercedere videbatur, et totum denique epistolae argumentum, quod praecipue in virtutis versatur praeceptis, prout auctori in mentem venerant, invicem junctis, materiam subministrasse videntur. *Lutherus* saltem hisce argumentis adductus *stramineam* eam vocare \*) ipsumque *Jacobum*, quod utique durissimum est, in epistola sua *delirare* \*\*), contendere ausus est. Sunt quidem, qui *Lutherum* in praefatione epistolae *Jacobi* praemissa eandem pro utili, nec omnino spernenda declarasse adeoque sententiam illam mitigasse contendunt, sed in hac ipsa praefatione paulo post epistolam apostolicam indoleque apostolica prorsus indignam esse pluribus

ex

των παλαιων αυτης εμνημονευσαν, ως ουδε της λεγομενης Ιουδα, μιας και αυτης ουσης των επτα λεγομενων ιαδουλικων. Ομως δε ισμεν και ταυτας μετα των λοιπων εν πλεισταις δεδημοσιευμεναις εκκλησιαις.

\*) In praefat. in N. T. *Summa, St. Johannis Evangelium, und seine erste Epistel, St. Paulus Epistel, sonderlich die zu den Römern, Galatern, Ephesern, und St. Peters erste Epistel, das sind die Bücher die dir Christum zeigen, und alles lehren, das du zu wissen nöth und seelig ist, ob du schon kein ander Buch noch Lehre nimmer siehest noch hörest. Darum ist St. Jacobs Epistel eine rechte stroherne Epistel gegen sie, denn sie doch keine evangelische Art an ihr hat.*

\*\*\*) In Commentar. in Gen. 22. p. 306. *Quin et adit: Facessant itaque e medio aduersarii cum suo Jacobo, quem toties nobis objiciunt.*



omnem felicitatem nostram vnice ex fide in merito I. C. collocata pendere, quid boni, salutarisque etiam epistolae inesse possit, quae principem hanc de fide doctrinam, ne dicam, non vrgeat, sed ei adeo contradicere videatur, fatis intelligere atque sentire non potuit. *Wetstenius* Lutheri sententiam plane sequutus "meam sententiam, inquit, nemini obtrudam, tantum dicam, me epistolam Jacobi non existimare esse scriptum apostolicum, ob hanc rationem: primo, quia directe contra Paullum et omnem scripturam operibus justificationem tribuit; denique Jacobus iste ita confundit omnia ac permiscet, vt mihi vir bonus aliquis ac simplex fuisse videatur, qui arreptis quibusdam dictis discipulorum apostolicorum ea in chartam coniecerit." Sic et *Erasmus* statuit. Contra vero canonicam epistolae auctoritatem aliquo

*Apostel Jünger gefasset, und also aufs Papier geworfen hat: Oder ist vielleicht aus seiner Predigt von einem andern beschrieben. Er nennet das Gesetz ein Gesetz der Freyheit, so es doch St. Paulus ein Gesetz der Knechtschaft, des Zorns, des Todes und der Sünde nennet. Ueber das führet er die Sprüche St. Petri: die Liebe bedecket der Sünden Menge, item: demüthiget euch unter die Hand Gottes, item St. Paullus Spruch: Gal. V. der Geist gelüftet wider den Hafs, so doch St. Jacobus zeitlich von Herodes zu Jerusalem für St. Peter tödtet war, das wol scheint wie er längst nach St. Peter und Paul gewesen sey. Summa, er hat wollen allen denen wehren, die auf den Glauben ohne Werke sich verließen und ist der Sachen zu schwach gewesen, will es mit dem Gesetz-treiben ausrichten, das die Apostel mit Reitzen zur Liebe ausrichten. Darum kann ich ihm nicht unter die rechten Hauptbücher setzen, will aber niemand wehren, daß er ihn setze und hebe, wie es ihn gelüftet: denn viel guter Sprüche sonst darinnen sind. cf. Idem in libro de captiuitate Babylonica, Cap. de extrema vnctione.*



quo saltem modo tuentur *versiones N. T.* antiquissimae, *syriaca litteralis* inprimis, circa finem seculi primi facta \*) et *latina* hanc epistolam exhibentes. Porro *Clemens Romanus*, *Athenagoras*, *Irenaeus*, alii, verbis ejus interdum vtuntur. *Origenes*, praeter locum p. 23. allatum semel adhuc ad epistolam nostram respexisse videtur (\*\*). *Athanasius* (\*\*\*)), *Gregorius Naz.* (\*), et *Epiphanius* (\*\*)) in recensu librorum N. T. epistolam Jacobi allegant. *Chrysostomus* saepe hac epistola vtitur (\*\*\*)), addito quoque Jacobi nomine (\*). *Hieronymus* denique dubius haeret (\*\*). *Concilium vero Carthaginense III*

ean-

\*) Cf. MICHAELIS *Einleitung in die Schiften des N. B. Th. I. p. 340. §. 57.*

\*\*) Comment. in Joh. tom. 21. ε συγχωρηθεν αν υπο των παραδεχομενων τε, πιστις χωρις εργαων νεκρα εστιν. coll. Jac. II, 17. 20.

\*\*\*) In festalis epistolae fragmento opp. Tom. II, p. 38. επιστολαι καθολικαι καλεμεναι των αποστολων επτα, ετως Ιακωβου μεν μια κ. τ. λ.

\*) In eo carmine, cui titulus est περι των γνησιων βιβλιων της θεοπνευστης γραφης Opp. Tom. II. p. 98. επτα δε καθολικαι ων Ιακωβου μια.

\*\*) Haer. LXXVI. p. 941. Καθολικαις επιστολαις Ιακωβου, και Πιερη κ. τ. λ.

\*\*\*) Opp. Tom. I, 16. 562. Tom. II, 14. Tom. III, 146. 670. 732. 896. 914. Tom. IV, 31. Tom. V, 188. 308. 652. Tom. VI, 327. 551. Tom. VII, 134. Tom. VIII, 216. Tom. XI, 894. Tom. XII, 436. 680. 690. 736.

\*) Tom. VI, p. 400. post allata Petri et Johannis dicta. Ιακωβος ειπεν, ος εαν δοκη Φιλος τριτων ειναι εχθρος του θεου καθισταται. cf. Jac. IV, 4.

\*\*) Catal. V. Jacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Justus, vt nonnulli existimant, Joseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur, Mariae, fororis

eandem libris canonicis annumerat \*): addi etiam alias solebat *Concilii Laodicensis Canon 60*, nunc tamen non amplius commemorandus, cum ejus auctoritatem nullam esse CELL. SPITTLERVS \*\*) luculenter effecerit.

Vide quaeso, quam ambigua et incerta haec sint testimonia, et quam parum ex iis de auctore epistolae colligi possit, sitne apostolus an alius quis habendus? vel, si illud, sitne Zebedaei an Alphaei filius? vel denique, si Alphaei filius habebatur, factumne fuerit hoc propterea, quod, Jacobo Zebedaei filio, eo tempore, quo epistola conscripta videtur, jam mortuo, nonnisi Jacobus Alphaei filius iis superesse videbatur, quia tertium quendam Jacobum, Jesu fratrem, ab utroque distinguendum esse negarent? Quisquis igitur ab hac opinione est liber, is profecto veterum testimonio non obstringitur, ut Jacobum Alphaei filium esse putet. Quare jam Grotius \*\*\*) Jacobum Christi fratrem, quem a Jacobo, Alphaei filio, distinguit, epistolae auctorem esse posse contendit; quoniam in ipso epistolae initio non *αποστολον*, sed *δουλον* tantummodo *Ιησου* se esse profiteatur. Cui tamen rationi non magnam equi-

ris matris Domini, cujus Johannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quae de septem catholicis est, quae et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paullatim, tempore procedente, obtinuerit auctoritatem.

\*) Canon 47. — *Ἰακωβου αποστολου μια (επιστολη).* —

\*\*) *Kritische Untersuchung des 60 Laodicens: Canons. Bremen. 1777.*

\*\*\*) Cum quo aliquo modo rem facit *Rich. Simonius* in *hist. crit. N. T. p. 191. sqq.*

equidem  
que  
sunt ap  
videtur  
eo ipso  
idem.)  
scribentis  
rita, sup  
vtrumque  
epistolam  
esse entia  
con dem A  
Schrift vor  
sem Jacob  
raiders,  
strange,  
Müßigkeit  
legte Rat  
Liden un  
die gleich  
berder R  
Tugend w  
aber mit  
sondern de  
Königlichen  
warnte dat  
dieser Jac  
ben eigen  
Wahrheit;  
ben, wüßte  
Besitznehm  
alles, auf  
Alphaei So  
gehört, ab  
nichtsprüche

\*) L. c.

equidem vim inesse putauerim, cum inter vtrumque vocabulum, quod saepissime inuicem jungere solent apostoli, tantum intercedere discrimen non videatur, vt, si quis *δουλον Ιησου χριστου* se vocat, eo ipso apostolum se esse neget. (vid. nos ad locum ipsum.) At HERDERO, argumentum epistolae scribendique genus cum Jacobi fratris Jesu Christi vita, supra a nobis succincte delineata, comparanti, vtrumque tantopere inuicem consentire videtur, vt epistolam citra omnem dubitationem ei tribuendam esse existimet. En ipsa ejus verba \*). *Hätten wir von dem Allen nun eine lebendige Probe! Wenn eine Schrift vorhanden wäre, völlig, wie wir sie von diesem Jacobus erwarten müßten, das Siegel seines Charakters, Namens, Amts und Lebens. Gerecht, kalt, strenge, tugendhaft - eifrig und dabey voll sanfter Mäßigung, geprüfter Weisheit, redlicher, wohlüberlegter Rathschläge und treuer Theilnehmung mit den Leiden und Gebrechen seiner Brüder. Eine Schrift, die gleichsam Jüdisch und Christlich, die Vereinigung beyder Religionen in einem Mittelpunkte der Freie und Tugend wäre: — — an Jesum dächte sie wenig, aber mit tiefer Ehrfurcht, nicht an ihn den Irrdischen, sondern den Herrn, den Stifter des Glaubens und des Königlichen Gesetzes der Liebe und Freiheit: — — warnte dabey am meisten vor den Fehlern, deren Last dieser Jacobus gefühlt hatte, vor hartem Sinne, Sträuben gegen Gott, Zwist und Neide als Hindernissen der Wahrheit; predigte aber nichts so sehr als stille Weisheit, ächte That, Harren, ausgeprüfte Geduld, treue Bescheidenheit und Unterwerfung — — predigte dies alles, auf eine Art, wies weder Jacobus Zebedäi, noch Alphaei Sohn, noch ein Fischer und Zöllner thun konnte, gelehrt, abgebrochen und gedrängt in Bildern, Weisheitsprüchen, voll Ausrufung und Scharfsinn, beynahe*

Poe-

\*) L. c. p. 26. sqq.

Poëtisch — — im grammatischen Ausdruck viel eigen-  
thümliches, treffend ausgesuchtes, kurzönendes, ein ab-  
gebrochener Jüdischgriechischer Wohl laut. Der Ver-  
fasser nannte sich selbst, nicht Apostel, der er auch  
nicht war, sondern Knecht Gottes und des Herrn Jesu  
Christi, der er war: (denn einen Bruder des Erhöheten,  
der er auch nicht war, würde der bescheidne Mann sich  
gewiß nicht genannt haben!) und in der ganzen Schrift  
athmete gerade der vorgezeichnete Bruder, der strenge,  
Gerechtigkeit liebende Pharisäer oder Essäer, der red-  
liche Weise, der enthaltsame Gottgeweihte, der unab-  
lässige Beter — — ein Mann von Ansehen und Ge-  
wicht, der auch mit dem Schatten seiner Ankunft schon  
Ordnung, Ruhe, Gleichmüthigkeit ohn' Ansehen der  
Person einflößen könnte, *vir pietate grauis* — —  
selbst bis auf die Schatten seiner Vorurtheile und Lieb-  
lingsengen, der vorige Bruder des Herrn Jacobus.  
Quae quidem omnia quamuis acute et apte monen-  
tur, tantum tamen adest, vt a nemine alio scribi  
hanc epistolam potuisse vlla certa ratione inde effici  
possit, vt potius de hac re iudicium ex solo vnus-  
cujusque sensu, qui quidem pro ingeniorum, tem-  
porum aliarumque rerum diuersitate vel in eodem  
homine maxime diuersus erit, ferendum videatur \*),  
nisi aliud aliunde accedat argumentum externum,  
quod, nisi omnia me fallant, aliqua saltem veri  
specie ex verbis Eusebii elici posse crediderim.  
Nam, quod primo loco attendi velim, ille ipse Eu-  
sebius Jacobum Alphaei filium *manifeste a Jacobo*  
*Christi*

\*) Quare iusto audacius dicta putauerim HERDERI illa  
(l. c. p. 28.) "Einem andern zugeschrieben wäre die  
„Schrift unerklärlich, in jedem Zuge, jedem Worte,  
„jeder Sylbe.“ Vt et illa, quae deinceps statim ad-  
dit: "Ihnen (dem Sohne Zebedaei oder Alphaei) zu-  
„geschrieben fällt alles vom Himmel, und wird ein-  
„non possum dicere, quare?“,

*Christi fratre distinguit, cum quia hunc vocat παιδα του Ιωσηφ \**), tum quia hunc ipsum Jacobum Jesu fratrem e numero των μαθητων Ιησου fuisse contendit \*\*): *Επειτα δ' ωφθαι αυτον (Ιησουν) Ιακωβω φησιν' εις δε και ουτος των φερομενων του σωτηρος μαθητων, αλλα μεν και αδελφων ην.* (nullibi vero apud Eusebium vocabulum μαθηται pro XII apostolis obvium est, et quid quaeso sibi velit additum των φερομενων, si in vocabulo μαθητων de XII apostolis cogitandum esset; quare, si Jacobum Alphaei filium in animo habuisset, αποστολον eum, non μαθητην, vocasset); tum denique, quod in hoc argumento grauissimum est, quia eum non e numero duodecim apostolorum, sed supernumerarium quasi apostolum fuisse contendit, dicens \*\*\*). *Δωδεκα μεν τους πρωτους αποστολους ειποις αν ειναι, ουκ ελαττω δε αυτων την αρετην Παυλον, και αυτον οντα κλητον αποστολον, και τον Ιακωβον γεγενεαι τον αδελφον του Κυριου.* Huic ipsi vero Jacobo, fratri I. C., quem tam aperte ab Alphaei filio distinguit, discipulisque Christi, et absque dubio septuaginta illis annumerat, alio loco *epistolam catholicam tribuit, vel ab aliis saltem ipsi tributam esse contendit \**). *Τοιαυτα, inquit, και τα κατα τον Ιακωβον (τον αδελφον Ιησου, de quo paulo ante sermo fuit), ου η πρωτη των ονομαζομενων καθολικων επιστολων ειναι λεγεται.* Ceterum si vera fateri licet, mihi quidem haec ipsa Eusebii sententia adeo videtur singularis, patresque omnes, quae de Jacobis tradebantur, ita inuicem confundisse ac permiscuisse videntur, vt testimoniis ipso-

\*) Vid. locum supra p. 8. allatum.

\*\*\*) H. e. I, 12.

\*\*\*\*) In Jes. XVII, p. 422.

\*) H. e. II, 23.

ipforum non semper habenda sit fides. Et in medio rem relinquere interdum sapientis esse videtur.

Jam vero, haec si ita essent, de canonica hujus epistolae auctoritate actum foret, cum epistola, quae non sit ab apostolo conscripta, quae inter N. T. libros referatur, minus digna videri possit. Sed *primum* nos quidem, quamvis *HERDERI* sententia nobis semper visa sit probabilior, *prorsus* tamen negandum esse non censuimus, Jacobum Alphaei filium epistolae fuisse auctorem. *Deinde* vero ipsum etiam Jacobum Jesu fratrem, si quidem hic epistolam scripserit, etsi non apostolum, in tradenda tamen religione cum apostolis ipsis singularis cujusdam afflatus diuini non expertem fuisse probabile videtur *Clementis* testimonio, qui Jesum ipsum *την γνωσιν* cum Jacobo *δικαιῶ* communicasse tradit \*) (nisi forte *Alphaei* filium in animo habuerit). *Denique* vel ipsa fratris I. C. dignitas, praetereaque argumenti totius epistolae praestantia ex nostro quidem sensu eam, quae in N. T. canonem recipiatur, dignissimam reddunt. Quis enim ut epistola fratris I. C. ad nos peruenierit, in votis non habeat? Quis non, si ab hoc fratre conscripta est, in ea legenda intimum fratris in fratrem, eundem-

\*) Apud Euseb. h. e. II, 1. 'Ο δε αυτος (Κλημης) εν ἐβδόμῳ της αυτης ὑποθεσεως, επι και ταυτα περι αυτου φησιν· Ιακωβῳ τῷ δικαιῳ, και Ιωαννη, και Πητρῳ μετα την αναστασιν παρεδωκε την γνωσιν ὁ Κυριος· οὔτοι τοις λοιποῖς αποστολοις παρεδωκαν· οἱ δε λοιποὶ αποστολοι τοις ἐβδομημοντα.

Idem l. 6. *strom.*: γνωσιν ita definit: Σοφια ανειη ἡ γνωσις, επιστημη ουσα και καταληψις των οντων τε και εσομενων και παρωχησιων, βεβαια και ασφαλης, ως αν παρα υιου Θεου παραδοθεισα και αποκλυφθεισα. *Et paullo post*: Ἡ γνωσις δε αυτη ἡ κατα διδοχας εις ολιγοις εκ των αποστολων αγραφως παραδοθεισα κατεληλυθεν.

demque naturae atque muneris dignitate, tam facile inuidiam mouente, ipso multo praestantior, ad imitandum sibi proponat caritatem atque amorem? Quis non ardentissimum illud, quo ad fratris religionem hominibus commendandam ferebatur, studium admiretur? Quis obsequium denegat praecipis viri, cui, quotidie cum Jesu Christo versanti, cognoscendae ejus voluntatis copia atque occasio suppetebat? Quis denique viro ei fidem non habeat, qui, postquam de diuina fratris doctrinae origine diu ipse dubitauerat, nunc tandem superatis omnibus, quibus adhuc detinebatur, dubiis, eam assumserat, assumtamque aliis tradiderat? Quis non potius haec omnia ad augendam suam ipse de religionis christianae dignitate et auctoritate persuasionem, excitandosque varios piae virtutis sensus conuertere studeat? Maneat itaque epistola, si vel maxime a Jacobo Jesu fratre germano fuerit conscripta, maneat quo jure meritoque posita est loco sanctissimo. Epistola loco, locus epistola dignissimus est!

Nec de iis ad quos data sit epistola Viri docti conueniunt. Qui *Judaeis nondum conuersis* iisdemque extra Palaestinae regiones dispersis eam scriptam esse existimant, primum ad ea prouocant epistolae loca, in quibus criminum insimulantur tam foedorum, tamque atrocium, vt, Christianos talia perpetrare potuisse, omnem prorsus fidem excedat. Nonne vero omni tempore fuerunt, qui, quamuis Christianorum nomine, minime tamen integritate atque probitate christiana fuerint insignes? Inferunt praeterea, statim in epistolae initio nonnisi *δεδικα φυλας* nominari, nullo, quod Christianos indicaret, addito cognomine: nec non locum, vbi congregabantur, nomine *Judaeis solenni συναγωγην* appellari. At vero solenne erat hoc apostolis, vt,

de Christianis loquunturi, formulis loquendi vterentur, a Judaeorum, quam vix reliquerant, religione, moribus, reipublicae fatis etc. repetitis, vnde et *Christianos* extra Palaestinam degentes τὰς δωδεκα φυλάς τὰς ἐν τῇ διασπορᾷ, eorundemque aedes publicas συναγωγὴν vocari potuisse, nemo jam mirabitur. Accedit quod Jacobus ad Judaeos, graece non loquentes, graeco sermone litteras scripturus fuisse vix videtur. Qui tamen ad *Christianos* epistolam datam esse contendunt, cum ad loca ea, in quibus de fide agitur, tum ad totum epistolae argumentum prouocant, cum ex eorum sententia Jacobus, si Judaeis nondum conuersis scripssisset, ad amplectendam potius religionem christianam, quam ad exsequenda singularia quaedam, eademque cuius verae religioni communia morum praecepta eos cohortaturus fuisse videatur. Quae quidem omnia jure monentur, at hactenus tamen etiam hi ipsi interpretes mihi quidem videntur peccare, quod, ne accepturos quidem fuisse Judaeos nondum conuersos epistolam, solis morum praeceptis instructam, existimant: non cogitantes, quanta Jacobi apud Judaeos fuerit auctoritas (vid. quae supra ex Eusebio et Hegesippo atulimus loca). Ad *Christianos* itaque, et, quod formula τὰς δωδεκα φυλάς omnisque orationis habitus luculenter declarat, ad *Christianos* potissimum et *Judaeis conuersos, eosdemque extra Palaestinam dispersos*, (τὰς ἐν τῇ διασπορᾷ) epistolam datam esse dubio caret. Coetus ipse vero, ad quem scripta est, num certae cujusdam ecclesiae, velut *Antiochenae*, quod nuper NOËSSELTO V. S. V. \*) multis quidem, iisdem tamen singulis ex nostro sensu admodum incertis rationibus probabile videbatur; an  
vero,

\*) In conjecturis ad historiam catholicae Jacobi epistolae. Exstat ad calcem disputationis Knappianae in Cap. 2. ep. Jacobi.



vero, praeunte Beza \*), *Christianorum eorum, qui post fatalem Stephani diem Hierosolymis relictiis inter plures gentes dispersi abierant.* (Act. 8, 1. coll Euseb. h. e. 2, 1.) \*\*) an demum, quae est vulgaris sententia, verbis τὰς δωδεκα φυλας potissimum nixa, omnium, vel plurium saltem extra Palaestinam *Judaeo-Christianorum* fuerit, certo constitui non potest, cum illud ipsum αἱ δωδεκα φυλας iis adeo locis, quibus de *Judaeis* adhibetur, non *Judaeos omnes* sed certam tantum eorum partem saepius designet; quemadmodum simili quadam ratione apostoli, etiam tum, cum Judas jam mortuus, Matthias vero in locum ejus nondum substitutus esset, οἱ δωδεκα vocantur. Joh. XX, 24. 1 Cor. XV, 5. coll. Act. I, 23-25. quanquam posterior haec sententia mihi quidem semper visa est proxime ad veritatem accedere, cum quia Petrus etiam τοὺς παρεπιδημοὺς διασπορᾶς (quod plane non differt a verbis Jacobi τοὺς ἐν τῇ διασπορᾷ) epistolam priorem inscribens, varias statim regiones *Ποντου, Γαλατίας* etc. in quibus Christiani dispersi degebant, subiunxit, tum quia in tanta hujus epistolae argumenti varietate eum nonnisi vnam ecclesiam ante oculos habuisse vix persuadere mihi possum.

Quo tandem tempore scripta sit epistola interpretes iterum magno inuicem dissensu disputant; et si

C 2

ple-

\*) In expositione super epistolam Jacobi ad Cap. I, 1. Opp. Tom. V. p. 673. ed. Colonienfis.

\*\*) Cui quidem sententiae, vt alia, quae vberiori referenda censuimus disquisitioni, hic praetermittamus, inde in primis haud parum probabilitatis accedere videtur, quod Jacobus in tota epistola de Christo tam raro, tamque modeste, et omnino sic loquitur, vt cum Christianis *Palaestinensibus*, qui Christum inde a primis quasi incunabulis nouerant, eum loquuturum fuisse probabile est: nisi forte totius epistolae argumentum hoc postulasse dixeris.

plerique, LARDNERVS \*) J. H. MICHAELIS \*\*) MILLIUS \*\*\*) alii, ad annum Christi 60 vel 61., reuocandum esse censent. Prouocant *primum* sententiae tuendae causa ad Cap. III, quo loco Iacobus sua de bonorum operum necessitate doctrina, Paullinae de fide doctrinae in epistola ad Romanos traditae, et exemplorum inprimis Abrahami atque Rachabae, in explicanda de fide doctrina adhiberi solitorum, abusui occurrere voluisse iis videtur. Quae tamen sententia vel eo ipso confutatur, quod Paullus et Iacobus vocem *πίστις* diuerso sensu accipiunt. (vid. infra.) Et de Abrahami exemplo quid dicam? quod vt summum tum fidei tum pietatis exemplum tantis laudibus inter Iudaeos atque Christianos celebratum erat, vt in ejus memoriam, quamuis non lecta Paullina ad Romanos epistola, incidere facile potuerit, atque adeo debuerit Iacobus. Scribendi denique genus si respexeris, nullum deprehendes vestigium auctoris id agentis, vt abusui doctrinae siue exemplorum quorundam occurrat; sed liberum vbique cernitur loquendi genus, liberaque inprimis exemplorum ad rem propositam illustrandam applicatio. Prouocant *praeterea* ad Cap. IV, 4-6. in quo loco conscribendo Iacobum Rom. VIII, 6. 7. Gal. V, 6. et 1 Petr. V, 5. (quas quidem epistolas sero exaratas esse, veteres tantum non omnes statuerunt) ante oculos habuisse existimant. Enimvero, ne dicam ipsum hoc argumentum in eos retorqueri, et iisdem locis Paullum et Petrum ad Jacobi epistolam respexisse statui posse; in maxima licet locorum istorum similitudine, tantum tamen etiam inter ea intercedit discrimen, vt Iacobus vel nulla locorum istorum ratione habita eadem tamen scribere potuisset vtique videatur. Quaedam

\*) Supplements 17, 2.

\*\*) Introductio in ep. Jac. §. 8.

\*\*\*) Proleg. §. 56.

dam enim sententiae, exempla, dicendi formulae, ipsa adeo dialectus — quam religiosam commode vocare possis, — singulis scriptoribus Christianis ita vsu recepta fuisse videntur, vt optimus quisque iis vteretur; ex quo quidem genere et haec aliaque loca esse putauerim, e quarum tamen similitudine alterum alterius scripta ante oculos habuisse colligi nequit. Et, “potuitne, inquit V. KNAPPVS, „ Jacobus sententias et doctrinas Paulli, a falsis apostolis peruerse explicatas, respicere, etiamsi ejus „ scripta non legerat? Paullus enim in sermonibus, quos in ecclesiis, vbi docuit, praesens habuit, iisdem profecto sententiis atque exemplis vsus est, quibus absens vti solebat in epistolis. Nam „ hunc omnem τροπον παιδειας Paulo familiarem et „ quasi domesticum fuisse, e crebra ejus repetitione „ in scriptis apparet. His igitur exemplis ac sententiis, siue e sermonibus Paulli, siue ex epistolis arreptis, abutebantur verae doctrinae corruptores, vt erroribus suis probabilitatis speciem conciliarent. Horum opiniones refutat Jacobus, atque „ aduersus prauam illorum interpretationem haec „ exempla et has sententias de fide defendit. „ Nisi forte haec omnia nonnisi propriae opinionis commenta, (nos hypothesin vocamus) argumentis firmiter adhuc confirmanda, videri possint. Prouocant denique ad Cap. V, 1-8. quod manifesta proxime imminentis exitii Iudaeorum fatalis indicia continere affirmant; sed vt praeteream illud, locum hunc ex apostolorum, de vrbe Hierosolymorum interitu, cum eoque conjuncto diei supremi aduentu, cogitandi ratione, infra ad locum ipsum copiosius explicanda, esse intelligendum; CELL. MICHAELIS \*) jure monet, pro rerum varietate

C 3

in-

\*) *Einleitung in die Schriften des N. B. Theil. II. p. 1138.*

instare vel imminere dici posse res alias, post multorum demum annorum interuallum, alias vero, etiam intra paucorum dierum spatium euenturas. — Alii contra, et inter hos inprimis CELL. MICHAELIS \*) noster, (ii vero qui Jacobum Zebedaei filium epistolae habent auctorem, ad vnum omnes) eam longe ante annum 61 scriptam esse contendunt, primo quidem, quia Jacobus, si epistolam post annum 58, quo Paullus suam ad Romanos scripsisse videtur, primum exarasset, magis determinate pertractasset ea, quae de bonis operibus ad salutem impetrandam necessariis Cap. II, 14 sqq. docet, ne nimirum Paulo Rom. III, 28. πιστι δικαιοσδας ανθρωπον χωρις εργαυ νομου, adferenti, contradicere videretur. Sed tunc, quae Jacobus liberatur culpa, eandem Paullus subit, quippe qui post scriptam Jacobi epistolam non minus cauere sibi debuisset, ne Jacobo contradicere videretur. Vterque potius vel alterius epistolam, epistolae saltem verba plane ignorans, vel saltem, dum scriberet, ejus immemor, animi ardore correptus, eandem sententiam protulisse videtur. Deinde quia Jacobus nullibi in hac epistola Judaeos dispersos, ideoque gentibus permixtos ad pacem et concordiam cum gentibus ad fidem conuersis fouendam hortatur, quod tamen, posteaquam gentiles ad religionem Christi accesserant, maxime necessarium fuisse videatur: cum perpetuum fere inter Christianos, ex Judaeis et gentibus conuersos, fuisse discordiam, vel ex iis pateat, quae Act. XV. legimus, vbi ille ipse Jacobus V, 14. sqq. ethnicorum ad fidem conuersorum patrociniū in se suscepit; hinc epistolam prius conscriptam esse Vir Cell. colligit, quam euangelium inter gentes latius effret disseminatum, ac proinde multo ante annum

\*) L. c. p. 1137. 1138. coll. 1154.

num Christi 61. Dubitauerim tamen an ex solo auctoris silentio haec certe colligi queant: quemadmodum totum hoc disputandi genus, cum ad vestigia interna omnia referat, ad has ipsas temporis rationes recte et accurate constituendas parum admodum valere putauerim.

*Hierosolymis* scriptam esse epistolam inde effici solet, quod Iacobus, teste Hieronymo \*), per triginta annos ibi versatus fuerit.

De *scribendi genere* Jacobi, in tanta epistolae breuitate, nonnisi pauca adhuc supersunt monenda. *Primum* quidem Iacobus, pro *summa* ejus pietate, *ardentique virtutis amore*, per totam epistolam, in *adhortando* deprehenditur *mitis suavisque* V, 19. 20. *alibi*, in *reprehendendo* vero *gravis atque seuerus* v. c. V, 1-6. *Deinde* vero idem ille Iacobus *olim Judaeus*, scholasticus Judaeorum institutus, et per tot annorum feriem Hierosolymis versatus, scribendi genere utitur *haud bene graeco, sed hebraismis* admodum intermixto, *dictisque* inprimis atque *exemplis ex V. T.*, maximeque ex *Siracide* aliisque, modo secundum versionem τωv LXX. modo prout memoria tenebat, allatis, epistolae argumentum, quauis data occasione, exornare atque commendare haud omittit. II, 8. 21. 23. 25. IV, 5. V, 11. 17. Porro vero auctor noster, *summo animi ardore praeditus, imaginibus*, iisque haud raro sublimioribus, immorari I, 6. 10. II, 14. 15. 23. 24. III, 3-6 sq. V, 7., scribendi genere *dramatico* adhibendo, II, 2. 3. 4. 16. 18., *interrogationibus* saepius repetendis, II, 20. III, 13. IV, 1. 4. 5. *verbisque synonymis* accumulandis, III, 15. sententiae vim augere, *anacolutha* committere II, 3. 4. III, 12. orationem ex *inprouiso in narrationem* transmutare, I, 10. 11. 24. et vel *uno interdum verbo* adductus *ad aliud virtutis praeceptum* transire solet. Denique Iacobus, non

C 4

com-

\*) L. supra c.

commentarios philosophicos, sed *epistolam* scribens, non tam in argumento suo accurate riteque disponendo, rationibusque subtilioribus, pro more philosophorum, confirmando, quam potius in *virtutis praeceptis*, prout in mentem veniebant, inuicem jungendis, atque ex animo commendandis, versatur. Postremum tanquam aliquid singulare annotare libet, Jacobum amare *αυτανακλασιν*, quam vocant, I, 2. 4. II, 24. 25. 26. III, vlt. gradationem I, 2. 3. 4. 14. 15. IV, 2. et vocabula *αδελφου* et *καλος* II, 3. 7. 19. III, 13. praetereaue, quod in tam breui epistola mirum videri potest, bis ei inter scribendum *hexametrum* excidisse I, 17. et IV, 4.

Epistolae denique *argumentum* est plane paraeneticum. Postquam salutem dixerat Christianis Cap. I, 1. incipit Jacobus commendare Christianis *pietatem in malis patienter ferendis maxime conspicuam* I, 2-12. quorum tamen non in Deo sed in hominibus ipsis quaerenda sit *causa*. I, 13-18. Posthaec *iram repentinam* reprimi iubet, I, 19-21. Porro veram pietatis Christianae indolem non in sola rerum diuinarum *scientia* sed in *vitae morumque sanctitate* ad scientiam istam accomodata cerni ostendit; I, 22-25. vnde a *nugarum temeritate* abstinendum I, 26. coll. III, 1. sqq. et *mansuetudinem* potius *vitaeque integritatem* sectandam esse docet. I, 27. Tum ad *aequalitatem* seruandam cohortatur Christianos, II, 1-11. et ad *hospitalitatem* II, 12-26. Reprehenduntur contra *temeraria dicendi audacia*, et *disputandi acerbitas* III, 13-18. Hinc in *rixarum causas* indagandas digreditur IV, 1-17. Exitio denique *diuitibus superbientibus* denunciato V, 1-6. *pauperes* hucusque oppressos, auxilii instantis spe proposita, ad *patientiam* cohortatur. V, 7-11. Porro *sallaces jurandi formulas* vitari iubet V, 12. *mutua conuersationis officia* commendat V, 13-18. et felices denique praedicat eos, quibus *errantem in rectam viam reducere* contigerit. V, 19. 20.

# Ι Α Κ Ω Β Ο Υ

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

Ἰάκωβος Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος, ταῖς Ἰ. δώδεκα φυλαῖς, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, χαίρειν.

Πᾶ-

Cap. I. I. Incipit epistola ex more consueto a salute Christianis dicenda. Ἰακωβος, quis fuerit, prolegomena declarant. Θεσ καὶ κυριε Ἰησὺ Χριστῆ δεσλος, eadem significatione, qua prophetae עבד יהיה dici solebant. Ps. 132, 10. Jos. I, 1. Inter δεσλος vero et αποστολος, vbi de religionis christianae doctoribus vtrumque vocabulum adhibetur, duplex hoc intercedere videtur discrimen; alterum illud: quod δουλοι in primis respectu Dei omnino, secundum idem illud היה עבדי Tit. I, 1. Act. 16, 17. αποστολοι vero potissimum respectu Christi, qui sibi eos elegerat apostolos, initio vocati fuisse videntur. cf. Tit. I, 1. Παυλος, δεσλος Θεσ, αποστολος δε Ἰησὺ Χριστῆ. 1 Cor. I, 1. 2 Cor. I, 1. II, 13. Ephes. I, 1. Colof. I, 1. 1 Thes. 2, 7. I et 2 Tim. I, 1. 1 Petr. I, 1. Jud. 17. quanquam neglecti postea hu-

jus discriminis exempla non desunt: modo enim δεσλος Rom. I, 10. Gal. I, 10. Phil. I, 1. Jud. I., modo vtrumque δεσλος καὶ αποστολος cum Ἰησὺ Χριστῆ 2 Petr. I, 1., modo denique δεσλος vt loco nostro, vtrique Θεου καὶ κυριε Ἰησὺ Χριστῆ, nusquam tamen αποστολος soli Θεσ in N. T. jungitur; alterum hoc, quod αποστολοι in N. T. κατ' ἐξοχην duodecim illi primarii a Christo selecti discipuli et Paulus, rarius religionis christianae doctores omnino Rom. 16, 7. (nam loca quibus voc. αποστολος genitiuo jungitur, e. c. αποσ. εκκλησιων, Hebr. יְהוֹשֻׁעַ 2 Cor. 8, 23. Phil. 2, 25. prorsus huc non pertinent.) δεσλοι vero τσ Θεσ siue Χριστῆ, praeter XII apostolos. omnes tum omnino Christiani 1 Petr. 2, 16. Eph. 6, 6. tum in primis religionis christianae doctores dicuntur. 2 Tim. 2, 24. ita vt, si quis αποστολου  
C 5 se

2 Πᾶσαν χαρὰν ἠγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πει-  
ρασ-

se vocat, hoc ipso ex duodecim istorum consortio se esse affirmare videatur, si vero δι-  
λον τῆ Θεῶν vel I. X. se pro-  
fiteatur, vtrum sit ex duode-  
cim apostolorum numero, nec  
ne, incertum nobis relinquat.  
Itaque Grotius iusto temera-  
rius ex eo ipso, quod Jacobus  
se h. l. nonnisi δούλον,  
nec item ἀποστόλον I. X. pro-  
fiteatur, colligit, eum omnino  
non fuisse ἀποστόλον. αἱ δω-  
δεκα Φυλαὶ et το δωδεκαφυλον  
(Act. 26. 7.) proprie dicuntur  
Israēlitæ, h. l. vero Christi-  
ani ex Judæis conuersi. vid.  
proleg. p. 33. ταῖς ἐν τῇ δι-  
ασπορᾷ sc. οὐσαις, vel ταῖς ἐν  
πάσῃ τῇ γῇ διασπαρμεναις, ex  
hebraismo i. e. q. πασὶν ἐξῶ  
τῆς Ἰουδαίας Ἰσραηλιταῖς, vel  
vt I Petr. 1, 1. ἐκλεκτοῖς πα-  
ρεπιδημοῖς διασπορᾶς Ποντοῦ κ.  
τ. λ. omnibus Judæis extra  
Palaestinam habitantibus, vel  
per vim e Palaestina ejectionis.  
Vtroque enim sensu hebr.  
הָרַי Lev. 26, 33. Ps. 43, 13.  
Jer. 15, 7. 49, 35. Ezech. 12.  
14. 15. 20, 23. 22, 15. הָרַי  
Jes. 56, 8. הָרַי Jer. 40, 12.  
גָּרַב. Jes. 11, 12. הָרַי Deuter.  
4. 27. 28. 64. et alibi de Isra-  
ēlitis dispersis adhibetur, et  
per διασπείρειν ab Alex. red-  
ditur, vt et omnis locus ex-  
tra Judæam Hebraeis est הָרַי,  
Deuter. 30, 4. Nehem. 1, 9.  
Ps. 47, 2. et הָרַי Ps. 146, 2.

Alexandrinis διασπορα. Bene  
Syra adjecit *inter gentes*, hebr.  
בְּיַנְיָבִים vel בְּיַנְיָבִים. Deuter. 4,  
27. Caeterum et haec iterum  
a Judæis ad Christianos extra  
Palaestinam degentes h. l.  
transferuntur. vid. proleg. l. c.  
χαίρειν (sc. εὐχεται, λέγει vid.  
3 Joh. 1, 2. cf. Bos ell. gr.  
sub voce εὐχέσθαι.) non mi-  
nus ac εὐ πράττειν, εὐ δια-  
γειν, ὑγιαίνειν externis scri-  
ptoribus vox est frequentissi-  
ma in salute alicui dicenda,  
cujus Schol. Aristoph. ad Plut.  
322. Cleonem auctorem esse  
affirmat, ad Nubes vero 607.  
negat. (cf. Alberti observ. in  
h. l.) nec tamen et caeteris  
sacris scriptoribus, quanquam  
χαρὶν plerumque adhibeant,  
in salutationibus plape inu-  
sitata. cf. Luc. 1, 28. et Act.  
15, 23.

2-4. Nolite recusare ca-  
lamitates religionis causa pa-  
tienter sustinendas. πᾶσαν χα-  
ρὰν ἠγήσασθε sc. εἶναι τοῦτο,  
εἶν etc. πᾶσαν χαρὰν. Wet-  
stenius: *merum gaudium*, quo  
sensu vox πᾶς et v. 17. acci-  
pienda est. Vide loca ab ipso  
allata, et Raphaelii annotatio-  
nes ex Polyb. ad Jac. 1, 17.  
Alii, iique non minus apte ad  
vsum loquendi, vertunt: *ma-  
gnum vel summum gaudium*,  
h. impense laetandi materiam  
propositam vobis existimate,  
quasi



ρασμοῖς περιπέσσητε ποικίλοις, γινώσκοντες, ὅτι τὸ  
δοκί-

quasi scriptum esset: χαρὰν μεγαλειῆν ἠγγασσθε. cf. Col. I, 9. II. I Tim. I, 15. 16. Polyb. το γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζομένων εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν, τῆς ΠΑΣΗΣ ἀλογισίας ἐστὶ σημεῖον. Epist. 3, 5. χαρὴν σοὶ ἐχῶ ΠΑΣΑΝ. Sic et Cic. de N. D. 2, 21. In coelo, inquit, est omnis ordo, i. e. summus ordo, et nos e. g. allen Fleiß anwenden, pro: den größten Fleiß anwenden. Carpzovium denique ad h. l. video πᾶσαν pro adverbio πάντως, vel ὁλως accipere, neque id male, cum adverbia, forma adjectivorum induta, substantiivis jungi solere inter omnes constat. χαρὰ abstractum pro concreto, gaudium pro gaudendi materia. Simili modo et Paulus caeterique apostoli magnopere gauisi sunt, dignos se existimari, qui contumelias propter religionem paterentur. cf. Rom. 5, 3. 2 Cor. 7, 4. Hebr. 10, 34. Act. 15, 41. ἀδελφοὶ μὲν, sc. religionis societate. cf. Joh. 20, 17. Per saepe hac appellatione utitur Jacobus, in primis ineunte noua periodo. Nolim tamen cum Semlero vocabulum hoc ad solos religionis christianae doctores restringere, nam et Christianos sese innicem, praecipue vero doctores discipulos suos, hoc

nomine alloquutos esse, vel inde apparet, quod formula ἀδελφοὶ μὲν, tantum non in omnibus apostolorum epistolis, ejusmodi praeceptis inserta legitur, quae non tam ad doctores quam ad discipulos pertinent. ὅταν πειρασμοῖς ποικίλοις περιπέσσητε, ubi in varias incideritis tentationes. πειρασμοὶ h. l. dicuntur calamitates, quibus Deus in retinenda religione chr. constantiam experiri putabatur. vid. exc. 2. ποικίλοι, varii generis, quales erant exilium, bonorum proscriptione, vincula et mors denique ipsa. cf. I Cor. 10, 13. Hebr. 11, 36. I Petr. 1, 6. περιπίπτειν τινι significatio idem esse videtur quod ἐπιπίπτειν ἐν τινι, vel εἰσιπίπτειν εἰς τι, saepius enim περι cum ἐν et εἰς commutatur; (cf. Apollon. πίπτοντα περι σφίσι, cadentia in se) et sic quoque construitur Act. 27, 41. περιπέσοντες εἰς τόπον. cf. Epistet. enchir. II. ὁ δὲ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙΕΙ ΠΕΡΙΠΙΠΤΩΝ. XLVI. ὡς καὶ περι θωρηματός τινος ΕΜΠΕΣΗ λόγος ΕΝ ΙΔΙΩΤΑΙΣ. πειρασμοῖς περιπίπτειν igitur non differt ab ἐπιπίπτειν πειρασμοῖς, vel εἰσιπίπτειν εἰς πειρασμοὺς, incidere in calamitates. Semel praeter hunc locum idem adhuc in N. T. occurrit vocabulum Luc.

3 δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν·

VARIAE LECTIONES.

3. τῆς πίστεως omittunt Codd. Lat. Syr. post. corb. item Cassiod. probb. Millio in l. et prol. 498. J. A. Bengelio, reprob. Griesbachio.

Luc. 10, 30. coll. v. 36. vbi λησας περιεπτεσεν eodem modo mutandum est in εις λησας π. Grotius vero περιπιπτειν sono neutrum et sensu passuum esse contendit, vt πειρασμοις περιπ. sit ὑπο πειρασμων περιπιπτειν, a tentationibus circumueniri; vereor tamen vt ex linguae vsu satis probari queat. Dicitur vero historicis et oratoribus περιπιπτειν τι non nisi is, qui res subit aduersas vt: περιπιπτειν νοσῶ, συμφοραῖς, ταρακτωριαῖς, ατυχημασι, χειμωνι, et sic quoque loco nostro πειρασμοις. vide loca apud Wetstenium et Raphelium, quibus adde: Plutarch. in vita Themist. ἵνα μη λεοντι περιπεσης. Aelian var. hist. II, 36. 1. περιπεσων νοσῶ coll. XIII, 25. I. et 46, 3. εκκλινειν τι vero (liceat vocabula haec con-nata h. l. explicare.) dicitur qui euitat mala. Vtrumque vocabulum iungitur in Epict. C. 2. μεμνησο, ὅτι ορεξῶς μεν απαγγελια, το επιτυχειν, οὐ ορεγγ, εκκλισεως δε απαγγελια το μη περιπεσειν ενιωψ, ὁ εκκλινετα. Καὶ ὁ μεν εν ορεξει αποτυγχανων, ατυχης· ὁ δε εν εκκλισει περιπιπτων, δυστυχης. Εαν μεν ουν μονα

εκκλινης τα παρα Φυσιν των επι σοι ουδενι, ὡν εκκλινεις, περιπεση· νοσον δ' αν εκκλινης, η θανατον, η πενιαν, δυστυχησεις. cf. lib. 3, 22. Εκκλινεις περιπιπτουσα et εκκλι-sis περιπτωτικη. et 4, 10. Εκκλινειν περιπτωτικως. περιβαλλειν τοις εκκλινομενοις. Arrian. 4, 5. περιβαλλειν τῶ εναντιῳ (sc. του αγαθου.) et Antonin. 2, 1. αισχρω γαρ με ηδεις περιβαλλει. ὑπομενειν denique, qui aduersa patienter sustinet: hinc ὑπομονη v. 3. 4. constantia in calamitatibus rei alicujus tuendae causa patienter ferendis.

3. Quo plures enim quis religionis christianae causa sustinuerit calamitates, eo magis in eadem tuenda perseverabit. γνωσκοντες, (alias ειδότες. Eph. 6, 8. 9. alibi) προγνωσκετε χρισ. vel dioti γνωσκετε. το δοκίμιον, Rabbinis נִסְיָה, a δοκιμη ita differt, vt haec sit indoles probata, cum tales sumus quales nos esse oportet, Rom. 5, 4. 2Cor. 2, 9. 13. 3. Phil. 2. 22. vel exploratio, i. e. actus explorandi.

ἢ δε ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι 4  
καὶ ὀλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι.

Ei

*randi*, (δοκιμασία); *illud vero id, quo quid exoloratur, an tale sit quale esse debet.* Hef. κριτήριον. Herodian. II, 10. 12. δοκιμιον δε ζρατιωτων καματος, αλλ ου τρυφη. Plut. Apoph. p. 230. ηρωτησεν, ει δοκιμιον εχει, τιμ τροπω πειραζεται ο πολυφιλος; ατυχη ειπεν. Praecipue vero δοκιμιον, vt caetera vocabula, δοκιμαζειν, δοκιμος, δοκιμασια, hebr. ימא et ירז de auri indole igne exploranda adhiberi solet. Prov. 28, 21. δοκιμιον αργυριω και χρυσω πυρωσις. ad cuius similitudinem forte Jacobus et h. l. respexit, inprimis cum virtutis studium, calamitatus explorandum, cum auri argentique virtute, igne probanda, comparari solet. Pf. 66, 10. Caeterum δοκιμιον h. l. sensu non differt a πειρασμος v. 2. et i. q. θλιψις Rom. 5, 4. vid. ad v. 2. το δοκιμιον ὑμων της πισσεως itaque positum est pro: δοκιμιον της υπομονης ὑμων εν τη πισει. πισις vero h. l. id cui fides habetur, ipsa Jesu Christi doctrina. cf. S. V. Koppii exc. VI. ad Pauli ep. ad Gal. κατεργαζεται, efficit, subint. εν ὑμιν. Rom. 5, 15. ὑπομονη. h. l. ex contextus ratione significat constantiam in calamitatibus religionis chr. causa sustinendis

*conspiciam.* vid. ad v. 2. Possint quoque, sensu ne minimum quidem mutato, jungi verba της πισσεως cum ὑπομονη εν τη πισει, vt δοκιμιον absolute de calamitatus religionis causa sustinendis intelligatur. Praefero tamen prius, inprimis cum I Petr. 1, 7. το δοκιμιον, τω: της πισσεως jungatur; quanquam Petrus δοκιμιον adiectiui vel participii loco pro eo quod exploratum est, et δοκιμιον της πισσεως pro πισις δοκιμη accipere videatur. Eadem fere sententia Sirac. 2, 1. sqq. 27. 6. et iisdem fere verbis Rom. 5, 4. exprimitur: ἡ θλιψις ὑπομονην κατεργαζεται. Dignus quoque qui hic transferbatur Senecae locus: *Opus est ad notitiam sui experimento; quid quisque posset, nisi tentando, non didicit.* Idem: *Tunc apparet, quanta sit virtus, cum, quid possit, patientia ostendit.* Jos. de Maccab. 5. 17. αληθως ο αγων θειος ο δι αυτων γεννημενος ηδλοθεσει γαρ τοτε αρετη δι υπομονης δοκιμαζεται το νιμος αφθαρσια εν ζωη πολυχρονω. Et paulo ante: θαρρει, ω μητηρ ιεροψυχης, την ελπιδα της υπομονης εχουσα βεβαιων τρος του θεου.

4. Et quo quis diutius in retinenda religione christiana perse-

5 Εἰ δὲ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰ-  
τεί-

*perseuerat, eo magis ejusdem ad virtutem augendam vim percipiet saluberrimam. ἢ δε ὑπομονη, eodem sensu quo v. 3. εργον τελειον, pro τελειον τι vel τελειωσις sc. εν τη αρετη. εχεται, pro παρεχεται, syn. πατεροαζουσαι v. 3. Imperatius vero εχεται optatiue accipiendus est, vt sententia prodeat haec: perseuerantiae vero in tuenda religione chr. fructus sit perfectum virtutis studium; respondeatque dicto Paulino: I Cor. I, 7. ὡς μη ὑσereiδου ὑμας εν μηδενι χαρισματι. Alii vero ἡ. δ. ὕ. ε. τ. ε. accipiunt pro: ἢ δε ὑπομονη τελεια εσω, vt respondeat praecepto Christi Matth. 10, 22. ὑπομεινας εις τελος, sed, si quid sentio, paulo durius et jejunius, per eunte sic omni gradatione, quae toti loco inesse videtur. Κυρκε, ex aliquanto rariore loquendi vsu, εργον accipit pro fructus, lucrum, hebr. הנה Jer. 22, 13. Jer. 40, 10. 62, 11. et locum reddit sic: patientia vero fructum habeat perfectum. vid. quae huc attulit loca, quorum tamen nonnulla mihi quidem ad hunc vsam loquendi pertinere non videntur. ἰνα vel est ευβατιον, quo fit, unde sequitur; vel reddendum ita vt. τελειοι και ολοκληροι, εν μηδενι λειπομενοι, ita, vt sitis perfecti,*

*integri, omnibusque numeris absoluti. I Theff. 5, 23. Phil. 1, 10. Accumulata haec sunt ad augendam cohortationis vim. Quare non eo detorquenda sunt verba, quasi Jacobus, hominem vnquam virtutem ex omni parte absolutam attingere posse contendat, nec anxie quaerenda est similitudo, ad quam in hac illaue voce Jacobus respexerit. τελιοι et ολοκληροι sunt plane synn: τελιοι enim dicitur id quod ad finem vsque perductum est, ολοκληρον vero id, quod omnes eandemque integras habet partes, adeoque perfectum, hebr. כולו quod modo per τελιοι perfectum, modo per ολοκληροι integrum, vertitur. cf. Deutr. 27, 6. Jos. 8, 31. I Reg. 8, 62. 11, 4. 15, 13. I Paralip. 28, 9. Jer. 13, 19. h. l. vero τελ. και ολ. ex contextus ratione pro τ. κ. ο. εν τη αρετη positum est, placetque Loesneri ratio, qui ad rem sacram Judaeorum Jacobum respexisse putat, in qua tum victima, tum sacerdotes τελιοι atque ολοκληροι (nec non et ανωμοι, πωρη) dici solent. Philo de victim. p. 838. Α. νομοι ιουσαιν κελουσι ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ και ΠΑΝΤΕΛΗ ολοκληρω και παντελει θσω. Hom. II. α. 69. 70.*

τρίτω παρα τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἀπλῶς,  
καὶ

Αἱ κεν πῶς ἀρῶν κνίσσης κί-  
γων δε ΤΕΛΕΙΩΝ

Βουλευοι ἀντιπᾶσαι ἡμῖν ἀπο  
λογοῦ ἀμνοῦ.

et saepius sic τελειος apud  
eundem. Philo de Agric. p.  
206. Β. ἀποιν ἱερῶν μὲν  
προνοίαν εἶχειν, ὡς ὉΛΟ-  
ΚΛΗΡΟΙ τὰ σῶματα καὶ  
ΠΑΝΤΕΛΕΙΣ εἰσονται —  
τας δε περι θεε δοξας εν ταις  
ἐκαστων ψυχαις επι συγκεχυ-  
σθεσ. Plura loca vid. apud  
Loesnerum ipsum et Krebsium  
in h. l. cf. quoque Hemster-  
huis in Lucian. T. I. p. 17.  
Storrio vero τελειοι sunt ii,  
qui superiores e certamine  
discedebant (i. q. εν μηδ. λειπ.)  
idemque syn. ὀλοκληροι addi-  
tum putat, quo perfectior vi-  
ctoria significetur. De voc.  
τελειοι hoc facile conceda-  
mus, cf. Phil. 3, 12. vocabu-  
lum ὀλοκληροι vero, quan-  
quam syn. sit τῶ: τελειοι, nus-  
quam hoc nexu me quidem  
legere memini. εν μηδενι, ex  
nexu, pro εν εδερμῃ ἀρετη.  
λειπομενοι sc. απ' ἄλλων. λει-  
πασθαι vero modo cum geni-  
tivo, vt v. 5. et 2, 15. (in  
quo subint. απο) modo cum  
accusatiuo, (tunc subint. κα-  
τα) modo cum ablatiuo, vel  
addita, vt in loco nostro, vel  
omissa praepositione εν con-  
struitur. cf. Raphaelius in h.  
l. Tota vero loquendi ratio  
ab iis, qui cursu, cui sacri

scriptores comparare solent  
virtutis studium, vincuntur,  
repetita est; (cf. Loesnerus.)  
vt sensus prodeat hic: vt ne  
ab aliis vos praecurrentibus  
longo intervallo relinqui cur-  
suque superari videamini; i.  
e. ne alii magis sint virtutis  
studiosi quam vos; verbo: vt  
perfecta sit virtus vestra. i. q.  
τελ. et ὀλοκλ. Facilius forte  
intelligetur sententia v. 3. et  
4. si, quae de virtutibus  
omnino hic praedicantur, ad  
homines, virtutibus istis prae-  
ditos, transferantur, hoc fere  
modo: γνωσκατε γαρ, ὅτι,  
εαν δοιμαζησθε εν τη πισει  
ἡμων, ὑπομονητικοι γινεσθε,  
ὑπομονητικοι δε (εν τη πισει)  
οντες, τελειοι (κατα την ἀρε-  
την) γενησεσθε. Caeterum in  
ejusmodi loco, qui gradatio-  
ne, (qua quidem orationis  
figura saepius utitur Jacobus  
v. 14. 15. 4, 2.) exprimitur,  
non haerendum est in singu-  
lis sententiis, ita e. c. vt  
nonnisi δοιμοιοι της πισεως  
κατεργαζεσθαι ὑπομονην etc.  
contendamus, sed vniuersa  
loci sententia vnice tenenda  
est haec: constantiam in reli-  
gione christiana, etiam inter  
atrocissimas calamitates tuen-  
da, virtutem nostram augere.  
cf. Rom. 5. 3 1sq. 2 Petr. 1, 5.  
et e scriptoribus Iudaicis Sota  
IX, 15 Sedulitas nos perdu-  
cit ad innocentiam (ἡσικα) in-

nocen-

καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, καὶ δοθήσεται αὐτῷ.  
αἰτεί-

*nocentia ad puritatem* (כהרה),  
*puritas ad sanctitatem* (קרושה),  
*sanctitas ad humilitatem*  
(ענוה), *humilitas ad metum*  
*peccatorum, metus peccatorum*  
*ad pietatem* (חסידות), *pietas*  
*ad spiritum s.* (רוח הקודש),  
*spiritus s. ad resurrectionem*  
*mortuorum* (חיות המתים),  
*resurrectio mortuorum ad Eli-*  
*am prophetam.* et s. p.

5-9. Quodsi vero quis inter tantas calamitates sapientia indigeat, vt a Deo, at vero cum animi fiducia eam expetat, Jacobus hortatur, miseram enim esse dubitantis conditionem. Arcte itaque haec cum antecedentibus cohaerere, praecipue vero ad doctores religionis christianae pertinere videntur. εἰ δὲ τις ὑμῶν λιπέτω σοφίας ἰ. q. εἰ τ. ὕ. ὑπέρει σ. vid. ad. v. 4. si quis vestrum sapientia indigeat. σοφίαν vero alii latiori sensu ad sapientiam omnino sic distam referunt, alii ad sapientiam christianam (πίστιν) eamque factis conspicuam, alii denique quibus et nos assentimur, ad eam inprimis restringunt sapientiam, qua in defendenda religione christiana coram iudicio indigebant, quae cum sub πνεύματος ἀγίου, Luc. II, 13. tum, quod maiorem adhuc vim habet, sub ipso σοφίας nomine ipsis promit-

titur. Matth. 10, 19. 20. Marc. 13, 11. Luc. 12, 11. 12. 21, 14. 15. cf. Act. 6, 3. 10, Matth. 7, 11. 10, 16. 1 Cor. 2, 6. 7. 14. αἰτείω παρὰ τῆς δίδουτος Θεοῦ, ad cuius auxilium tum in subeundis magnis istis vexationibus coram iudiciis, in quibus vix suae sibi mentis conscii erant, tum inprimis in docenda religione chr. iis recurrendum erat. Eadem fere Plutarchi est sententia in Is et Osir. init. παντα μὲν, ὡ πλεα, δεῖ τὰγαθα τὰς γενεχούτας αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν, μαλιστα δὲ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης. et Sohar Exod. fol. 38. coll. 151. Non omnis homo tam sapiens est, vt intellectum disponat, aut voluntatem in ordinem redigat, atque sic praecepta Dei observet, propterea has preces orare debet. Pl. XC. 37. et opus manuum nostrarum dirige super nos. τῆς δίδουτος Θεοῦ πασι. Clarius τῆς Θεοῦ δίδουτος πασι, subintellige non σοφίαν modo, quod plurimi praecipui, sed omnino παντα τὰ αγαθα, χαρίσματα, δωρηματα. ἀπλως, quod forma adverbiali in N. T. haud amplius occurrit, bifariam explicari potest: vel κατὸ λαῶν (Hes. συντομῶς. κατὰ λαῶν.), tum emphasis latet in voc. πασι, et sensus prodit hic: qui omnibus omnino sine di-

scri-

αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. ὁ γὰρ διακρινόμε-

scrimine, siue sit *Judaeus*, siue *ethnicus*, sapientiam et dona quaeuis concedit, vel ἐν ἀπλοτητι, h. e. ἐν ἀπλοτητι της καρδιας. Rom. 12, 8. 2Cor. 1, 12. Col. 3, 22. Eph. 6, 5, hebr. רַחֵם יְהוָה, רַחֵם יְהוָה, רַחֵם יְהוָה I Paral. 29, 17. cf. Sap. 1, 1. sine ulla fraude, cum animi candore, sincere. Tum π. τ. δ. Θ. π. α. est: a Deo, qui in largiendo recta sequitur consilia, ita ut nihil det cupiditati, gratiae, odio — sine προσωποληψια. Nos: mit aufrichtigen Herzen, germ. Alii cum Syro vertunt: effuse, liberaliter, quae quidem significatio, ut cum priori recte cohaeret, sic etiam cum vsu loquendi non pugnat. 2 Cor. 8, 2, 9, 11. (cf. Kypke in Rom. 12, 8. et Krebs in 2 Cor. 8, 2.) Praestat tamen h. l. significatio candoris, quia mox additur καὶ μὴ ονειδίζοντος, qui beneficia in homines collata non exprobrat, vel, non commemorat audientibus iis, in quos collata sunt. i. e. qui non inuitus dat, nec rubore suffundi vult eum, quem beneficiis ornauit. cf. Eustathius p. 66. 10. Ονειδίζειν οὐ μόνον το εὐεργεσίας ἀναφέρειν τοῖς εὐεργετημένοις — ἀλλὰ καὶ ἈΠΛΩΣ (ex priori nostra explicatione) οὐστοα τινα καὶ ἐπιμομφα λεγεῖν. Nos: der keinem eine Wohlthat auf-

rücket — vorhält. Eodem sensu et Polybius hoc voc. adhibet, cujus verba sic attulit Raphelius: post libertatem istam et salutem vobis per Antigonum partiam, quae tantopere iudicatur, ἢ ἔτοι παρ' ἐκαστον ὑμῖν ΟΝΕΙΔΙΖΟΥΣΙ i. e. quam isti subinde vobis EXPROBRANT. Alii verbo ονειδίζειν significationem hebr. ἤτη inhaerere putant, ut i. sit q καταισχυνεῖν, denegare petitum. Sed, vbi de denegandis precibus sermo est, וְהִישָׁר אֲדִיבִיךָ adhibere solent V. T. scriptores, quod tamen ὁ LXX. hoc sensu non per ονειδίζειν, sed per καταισχυνεῖν reddere solent. Caeterum haec ab hominibus ad Deum translata et eo fine posita sunt, ut vis vocabuli ἀπλως augeretur. Ex tanta locorum similitudine abundantia apud Westf. et Elserum duo transferri licet; alterum Ciceronis in Lael. 20. Odiosum sane genus hominum beneficia EXPROBRANTIVM, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit; alterum Senecae de benef. 2. 10. Cum inter prima praecepta ac maxime necessaria sit, ne vnquam exprobrem, imo ne admoneam quidem. Haec enim beneficii inter duos lex est, alter statim obliuisci debet dati, alter

κρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ  
7 ῥιπιζομένῳ. μὴ γὰρ οἶσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος,  
8 ὅτι λήψεται τι παρὰ τοῦ Κυρίου. ἀνὴρ δίψυ-  
χος,

accepti nunquam. *Lacerat*  
*animum et premit frequens*  
*meritorum commemoratio. His*  
*adde Corn. Nep. in vit. Atti-*  
*cici. Idem (Atticus) immor-*  
*tali memoria percepta retine-*  
*bat beneficia, quae autem ipse*  
*tribuerat, tam diu meminerat,*  
*quoad ille gratus erat, qui*  
*receperat. cf. quoque Sir.*  
*18, 18. 20, 15. 41, 22. καὶ*  
*δοθήσεται αὐτῷ pro: καὶ ὁ Θεός*  
*δώσει αὐτῷ. Matth. 7, 11.*  
*Luc. 11, 13. subint: τὴν σο-*  
*φίαν.*

6. ἐν πίσει pro οὐν πίσει,  
i. e. cum fiducia in benignita-  
te divina reposita. vid. Koppii  
N. T. l. c. μὴδεν pro οὐκ  
μὴδεν, idque simpliciter pro  
μὴ. διακρινεσθαι i. q. δια-  
ζεῖν, ἐπαμφοτερίζεῖν, ἐνδοια-  
ζεῖν, haesitare; μὴδεν διακρino-  
μενος, ἕστηκον ἢ, itaque idem  
sibi vult quod ἐν πίσει. non  
dubitans sc. utrum obtenturus  
sit, quod petat, nec ne. cf.  
Act. 10, 20. Matth. 17, 21.  
21, 21. Marc. 11, 23. Rom.  
4, 20. 14, 23. ἐν πίστι. μὴδ.  
διακρ. junctim verterem: mit  
ungetheiltem Vertrauen. Si-  
milis Hermae sententia 2, 9.  
Tolle a te dubitationem, et  
nihil omnino dubites, petens  
aliquid a Domino etc. ὁ γὰρ

διακρinoμενος i. q. ὁ μὴ πι-  
σευων. εἰκα. Hes. ὁμοιωται,  
ὁμοιος ἐσι. κλύδων θαλάσσης  
s. κλύδων ὕδατος Luc. 8, 24.  
vel κύμα θαλάσσης Jud. v. 3.  
cum propria tum tropica signi-  
ficatione opponitur τη ἡσυχίᾳ,  
γαλήνῃ. vid. Abresch. lect.  
Aristaenet. p. 48 ἀνεμιζοσθαι  
et ριπιζοσθαι h. l. sunt synn.  
de fluctibus maris tempestate  
ultro citroque agitatis adhi-  
beri solita, nec differunt a  
κλύδωνιζοσθαι et περιθεροσθαι  
Ephes. 4, 14. cf. Weist. et  
Hemsterh. ad Lucian. opusc.  
p. 99. Conueniunt vero flu-  
ctus maris vento agitatus et  
homo animo fluctuans in eo,  
quod uterque tranquillitate et  
quiete caret. Vt ille modo  
surgit modo cadit, sic et hic  
modo sperat modo desperat.

7. μὴ h. l. est obtestantis  
et prohibentis, hebr. מִן. γὰρ  
h. l. particula transeundi. ἐκει-  
νος pro τοῖστος, qui dubitat.  
μὴ — εἰκεῖνος verterim. *Dass*  
*ja ein solcher Mensch nicht*  
*glaubt etc. τι sc. αγαθόν.*  
*παρὰ τὰ κύρια pro παρὰ τὰ*  
*Θεῶς.*

8. ἀνὴρ δίψυχος. sunt in-  
crepantis eum, qui de diuina  
benignitate dubitat. *Vae ho-*  
*mini inconstanti. Nos: o des*  
*zwei-*



χος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ.

Καυ-

zwoifselichten Mannes. vel: o über den doppelherzigen Menschen. Carpzovius, Spreta R. Stephani interpunctione, ἀνηρ διψυχος etc. jungit cum v. 6. sensu hoc: Qui enim dubitat, similis est fluctui maris, ventis agitato: ille non putet se aliquid accepturum esse a Deo; ille huc istuc inclinans; ille inconstans in cunctis actionibus suis. Vncis igitur, ex sententia ejus, includendus videretur v. 7. Sed, si quid sentio, omnis tum languet oratio. Dicitur vero διψυχος cum is, qui aliter agit ac sentit, ita ut ex alio animo actiones, ex alio cogitata proficisci videantur, verbo hypocrita, tum is, qui inconstans est in sentiendo, cogitandoque, alias διαζών την ψυχήν. Jam vero in voce διψυχος non semper iidem, sed, pro contextus ratione, varii sensus inuicem pugnantes vel alternantes intelligendi sunt. Hoc loco διψυχον denotare, hominem qui modo sperat modo desperat, utrum votorum compos futurus sit nec ne, contextus satis declarat. Sic quoque in constitut. Apostol. 7, 11. διψυχος explicatur: μη γινε διψυχος ἐν προσευχῇ σε εἰ ἐσθλεις. Non multum igitur differt διψυχος a voce διακρονομενος v. 6. vel a διαλογιζομενος, quo Hermas

διψυχον describit. Plato de republ. eodem sensu εἶδε εἰς εἶν ἄλλα διπλος. Homero vero διψυχοι sunt oi

— — διανδιχα θυμον εχουσι aut quibus

— — διχα θυμος ορωρεται. et apud Aristophanem ἀναρμοσος eodem, quo διψυχος, sensu legere memini. cf. Sirac. I, 27. vbi exstat καρδια διση. Hebraei vero διψυχος exprimunt per בלבלב I Chron. 12, 33. Ps. 12, 3.

Nos per: zwoifselicht, doppelherzig. Occurrit quoque verbum διψυχειν. cf. Wetst. et substantivum διψυχια, Hefychio ἀπορια. Τῷ διψυχῷ vero opponitur ὅς πραττει vel λεγει ἐκ ὁλης της ψυχης, vel ἐν ὅλῃ τῇ καρδιᾳ Matth. 22, 37. vel ἀνδρωπος, ὅς εχει ψυχην ὁμοιοτητα καὶ ἠρμοσμενην. (Plat. l. c., vel νοῦν πυκνον. Hom. Simillima loco nostro Clem. Rom. I, 2. 3. sententia, dicentis: ταλαιπαροι εἰσιν οἱ διψυχοι, οἱ διαζοντες την ψυχην. ἀκαταστατος Syrus interpretis hic versum distinxit, et ἀνηρ διψυχος rejecit ad v. 7. vix satis commode, licet accesserit Ill. Michaelis auctoritas. ἀκαταστατος vero, ut διψυχος est iterum increpantis, proprieque est is, qui non in eodem loco subsistit; ad animum vero translatum, is qui sibi non constat, h. l. syn. voc. D 2 διψυ-

9 Καυχασθω δὲ ὁ ἀδελφός ὁ ταπεινός ἐν τῷ  
 10 ὕψει αὐτοῦ· ὁ δὲ πλούσιος ἐν τῇ ταπεινώ-

σει

διψυχος, ανεμίζ. ριπίζ. cf. Wetst. Nostri *unbeständig, launig, unstaet*. Opponitur τῷ: ὀρθοποδεῖν Gal. 2, 14. 2 Cor. 6, 14, 2 Cor. 6, 14-18. ἐν πασι ταῖς ὁδοῖς αὐτῆ, loquendi ratio hebraica, pro: ἐν πασι πραγμασι αὐτῆ. Hebraei enim non minus *singulares actiones cum singularibus viis, quam totam vitam cum una via* (777) comparare solent. Videtur Jacobus ipsa voc. *κακίας αὐτος* in hanc metaphoram incidisse. Est vero haec *assidua illa mutatio propositi, et nunquam residentis animi volutatio, ac vitapendens*, vt Seneca in libro de tranqu. loquitur. Idem de vita beata: *Turbo quidam animos nostros rotat, et inuoluit fugientes petentesque eadem, et nunc in sublimi alleuatos, nunc in infima allisos rapit*. Et de otio: *Fluctuamus, aliudque ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus*. Epistola 20. *Vitium est haec diuersitas, et signum vacillantis animi, vt nondum habeatis tenorem suum*. cf. quoque Siraec. 2, 12.

9 - II. Jam a πειρασμοῖς *uniuersis, de quibus hucusque sermo fuerat, ad singulare quoddam πειρασμῶν ge-*

*nus orationem deflectens* Jacobus, *pauperes cohortatur, ne paupertate se deprimi, diuites ne diuitiarum fragilitate se nimis efferrī patiantur*. ταπεινός, *humilis, pauper*, vi oppositi πλεσιός. ὕψος alii de summo felicitatis gradu in vita post mortem futura Rom. 5, 2. alii de animi magnitudine in rebus aduersis patienter ferendis conspicua intelligunt; vtrumque vero contextui minus conuenienter. Videtur potius ὕψος positum pro diuitiis vel opibus, ex oppositis ταπεινός et ταπεινωσις v. 10. ἐν τῷ ὕψει vero pro δια το ὕψος. Jam sensus prodit hic: *tantum absit vt pauper egestate animum suum infringi patiatur, vt diues potius sibi videatur, ac de diuitiis suis gloriatur*.

10. Ταπεινωσις non supplicia post mortem futura, sed *paupertas*, vi oppositi πλεσιός et ὕψος, et ob v. II., vbi diuitiarum fragilitas describitur. ἐν τῇ ταπεινωσει αὐτῆ pro δια τῆν ταπεινωσιν αὐτῆ. Jam vero post αὐτῆ deest verbum. Oecumenius, vt oratio antecedentibus sit consentanea, non καυχασθω, sed αἰσχυνασθω (*diues de paupertate erubescat*) quod per euphemismum

σει αὐτοῦ, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται.

ἀνί-

num Jacobus reticuerit, sup-  
plendum existimat. Parum id  
quidem vere, nam *quomodo*  
erubescat, cum adhuc dives  
sit? et *cur* erubescat, siqui-  
dem non sua culpa ex diuite  
pauper reddatur? Aliquanto  
magis aridet *Grotii* senten-  
tia, qui cum ex opposito  
καυχασθῶ, tum ex sequenti  
ταπεινωσις supplendum censet  
ταπεινωσθῶ. i. e. *modeste se*  
*gerat dives, fortis considerans*  
*instabilitatem.* Haud raro enim  
Graeci verbum omittunt, ex  
voce contraria eruendum. Sed  
vt ita suppleri posset, ante  
dicendum fuisset Jacobo: Ὑ-  
ΨΟΥΤΣΘΩ δ. δ. α. δ. τ. ε.  
τ. ἰΨΕΙ α. tunc responde-  
rent illa v. 10. ΤΑΠΕΙ-  
ΝΟΥΤΣΘΩ δε ὁ πλ. εν τη  
ΤΑΠΕΙΝΩΣΕΙ α. S. V.  
Carpzovius denique καυχασ-  
θῶ ex antecedentibus repe-  
tit, idem vero Alexandrino-  
rum auctoritate inductus, qui  
Prov. 20, 9. ἤμα ἡ reddunt:  
τις καυχῆσεται, in utroque  
hujus commatis membro καυ-  
χασθῶ ex hebr. ἤμα pro cogi-  
tare, commemorare accipit, vt  
sensus prodeat hic: *pauper*  
*non despondeto animum, sed*  
*cogitet et praedicet (καυχασ-  
θῶ) de futura felicitate in coelo*  
*obtinenda (εν τῷ ἰΨεῖ pro περι*  
*του ἰψους.) Dives vero crebro*  
*cogitet et commemoret (καυ-  
χασθῶ) de rebus aduersis sibi*

*imminentibus (εν τη πακεινωσει,*  
*pro περι της ταπεινωσεως.)*  
Sed, ne repetam, ἰψος non  
intelligi posse de praemiis in  
vita post mortem futura obti-  
nendis, vel saltem, si intel-  
ligeretur, etiam vocabulum  
ταπεινωσις vi oppositi ad sup-  
plicia post mortem futura referendum esse (quod tamen  
ob v. II. fieri nequit); ob-  
stat etiam verbi καυχασθῶ  
significatio, quam dicendi,  
commemorandi esse, ex loco  
Prouerbiorum vix accurate  
fatis effici potest. Eo enim  
loco verba τις καυχῆσεται sensu  
maxime proprio verti possunt:  
*quis gloriatur?* cum hebr. ἤμα  
de quouis sermonis genere,  
sive interrogando, sive respon-  
dendo, querendo, canendo at-  
que adeo etiam gloriando conti-  
neatur, intelligi et explicari  
posse constat, huic ipsi vero  
loco, haec potissimum *glo-*  
*riandi* significatio optime con-  
gruat. Caeterum et mihi qui-  
dem καυχασθῶ supplendum  
videtur, ita tamen vt v. 9.  
propria verbi vis seruetur, hoc  
decimo versu vero, sola cogi-  
tandi de paupertate forsan fu-  
tura notio inde repetatur.  
Saepius enim scriptores, bre-  
uitati studentes, idem verbum  
ad duo vel plura referunt mem-  
bra, quod tamen significatio-  
ne sua tantum ad prius, ad  
posterius saltem non nisi ex  
parte

II ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν

parte referri potest. In promptu est illud Luc. 19, 44. εδαφισι σε (Ἰερουσαλημ) καὶ τα τεκνα σε εν σοι, vbi εδαφισι σημασθαι solo aequari omnino sensu proprio Ἰερουσαλημ, non item vero τεκνα dici queunt, quae nonnisi solo allidi, vel interfici possunt. cf. Luc. 24, 27. vbi Cell. Michaelis. Malim tamen ipse etiam in hoc commate propriam vocabuli καυχασθαι vim teneri, vt sententia prodeat haec: tantum absit, vt diues opibus suis se efferrī patiatur, vt potius jam pauper sibi videatur, et de paupertate futura gloriatur. Tunc v. 9. et 10 sibi plane respondent, et sensus vtriusque commatis eo redit: siue secunda siue aduersa fruamini fortuna, semper aequo animo sitis: plane vt Paullus: Ὅτι εχοντες γυναικας, ὡς μη εχοντες ὡσι· καὶ οἱ κλαιοντες, ὡς μη κλαιοντες· καὶ οἱ χαιροντες, ὡς μη χαιροντες· καὶ οἱ αγοραζοντες, ὡς μη κατεχοντες· καὶ οἱ χρωμενοι τῷ κοσμῷ τουτω· ὡς μη καταχρωμενοι 1 Cor. 7. 29-31. Possint denique verba ὁ δε πλεσιος εν τη ταπεινωσει αυτη καυχασθω ironice accipi, quod iam ignotus commentarii in Threnos auctor, quem olim falso Hieronymum putauerunt, obseruauit, sed obstat totum scribendi genus Jacobi alias haud ironicum. Idem

vero Jacobus hic praecipit, quod Cicero monet Offic. l. 1. c. 26. vt, quanto superiores simus, tanto nos submissius geramus. Xenoph. de republ. Lac. p. 540. l. 19. Εν μεν ταις αλλυις πολεισιν οἱ δυνατωτεροι ετε βελονταυ δοκειν τας αρχας φοβεισθαι, αλλα νομιζουσι τετο ανελευθερον ειναι εν τη Σπαρτη οἱ κρατιστοι καὶ υπερχονταυ μαλιςτα τας αρχας καὶ τῷ ΤΑΠΕΙΝΟΙ ΕΙΝΑΙ ΜΕΓΑΛΥΤΗΝΟΝΤΑΙ, καὶ τῷ ὅταν κλωνταυ, τρεχοντες αλλα μη βαλιζοντες υπακχειν. cf. quoque 2 Tim. 6, 17. ὅτι pro dioti, causa enim subjungitur cur diues parum confidere debeat opibus suis. αυδος q. αυτον, Blüte. χορτος non foenum sed gramen, herba viridis, hebr. צבן quod LXX reddunt χορτος Genes. 1, 11. παρελευσεταυ. sc. ὁ πλεσιος. i. e. ὁ πλεσιος αυτη. παρερχεσθαι vero vt παραγειν 1 Cor. 7, 31., vbi, vt et h. l., de rebus fugacibus adhibetur, est desinere, interire. hebr. נבן. i. q. απωλετο et μαραινεσθαι v. 11. cf. Matth. 5, 18. 24, 35. Marc. 13, 30. 31. Luc. 16, 17. 21, 33. 2 Petr. 3, 10. Apoc. 21, 1. Anthol. 1, 13. 5. θνητα τα των θνηταν, καὶ παντα ΠΑΡΕΡΧΕΤΑΙ ημας, Plura collegerunt Wetst. in h. l. et Alberti in Matth. 5, 18.

τὸν χόρτον, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε, καὶ ἡ εὐ-  
πρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπόλετο· οὕτω καὶ  
ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαραινθήσεται.

Ma-

## VARIÆ LECTIONES.

II. πορείαι. 40. ed Colinaei, probb. Erasmo, atque Wetstenio, vt  
sit in abundantia, non item Griesbachio, aliis; et recte id quidem,  
cum omnis Graecia ignoret vocem πορεία, haud dubie ex familiari in-  
terpretibus τῆ: εἰ cum permutatione ortam. Exhibent quidem lexica  
nonnulla vocem πορεία, ipsum Aldi illud 1497. Henric. Stephanus vero  
in Thes. T. 3. p. 181. mendosam dixit, et b. Ernesti ex Hederichiano  
a se edito eiecit. Adi Wolfium. εμπορείαι nullo Cod. praeceante legi  
jubent Casbalio, P. Junius, Hammondus. εμπορείαι qui legit, Millius  
codicem affert, antiquitatis tamen laude parum illustrem.

II. Amplificatur sententia  
v. 10. Jam vero sic pergere  
debuisset Jacobus: εαν γαρ  
ανατελλῃ ὁ ἥλ. vel ὡς γαρ,  
ὅταν ανατ. ὁ ἥλ. etc. ἔτω καὶ  
ὁ πλεσιος etc. Subito vero  
imaginis explicatio in rei ipsius  
narrationem abit, plane vt  
Pf. 103, 16. et in nonnullis  
parabolis I. C. γαρ h. l. par-  
tic. transeundi i. q. ὅτι pleon.  
a quo incipere solet oratio  
hebr. כִּי Pf. 103, 16. συν pro  
ἀμα συν. una cum. ὁ ἥλιος  
συν τῷ καύσωνι, veteres su-  
munt pro: ὁ ἥλιος καύσων,  
idque pro sole meridiano. Sed  
tunc Jacobum voc. αυτῶ ad-  
didisse, voc. vero ανετειλε vix  
adhibuisse crediderim. Quid  
quod sol meridianus non nec-  
cat herbas, et Jes. 49, 10. a  
communi solis ardore distin-

guitur. καύσων potius est ὁ  
καύσων ανεμος, vel πνευμα,  
vens ille ventus orientalis et  
maxime Eururus, Arabibus Sa-  
mmum, Smmum, Sam, Samy-  
el etc. Hebraeis vero olim  
קריב Job. 17, 21. Jer. 18, 17.  
Ez. 17, 10. 19, 12. Hof. 12,  
I. 13, 15. שרב Jes. 49, 10.  
nec non et הנהגה et fim-  
pliciter הנהגה Pf. 103, 16. di-  
ctus. Ille ipse ventus solis  
ortum comitari solitus, Jon.  
4, 8. Shawio auctore tam  
insignem exhalationum sul-  
phurearum et nitrosarum cop-  
iam, longo pro arenas arden-  
tes flatu, colligit, vt sol per  
ipsum transparens justo mag-  
gis rubeat, et homines, nisi  
sub aduentum ejus spiritu  
compressio humi se proster-  
nant, ventum istum spiritu  
D 4 in-

Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὑπομένει πειρασμόν· ὅτι δόκιμος

inhalantes haud raro subito interficiantur, herbae vero floresque vento isto adustae necentur. Plura relege in Charadin itinerario Perfico. Tom. IV, C. 2. Shaw descript. Aegypti et Niebuhr descript. Arab. p. 7. sqq. επιπτεται vt ἕσθ, de floribus decidentibus adhiberi solet. ευπρεπεια i. q. κάλλος. Latini gratia. Nos Annuth. προσωπον i. q. ανθος, flore ad hominis similitudinem reuocato. ευπρεπεια τε προσωπη q. προσωπον ευπρεπες. i. e. ανθος ευπρεπες. εγω και ὁ πλεσιος εν ταις πορειαις αυτη. pro: ούτω και ὁ πλετος εν παντων των πορειων τε πλεσιαι. εν ταις πορειαις i. q. εν πασαις ταις ὁδοις αυτου. v. 8., itinera enim ipsa mercaturae causa instituta si intelligi deberent, εν ταις εμπορικαις scribendum fuisset Jacobo. vid. var. lect. μακρανησεται a floribus, de quibus modo sermo erat, ad diuitem transfertur; lenta quasi tabe consumetur. Sensus est: quicquid egerit, nil emolumenti ipsi afferet. Sic et Xenophon apol. Socr. compos. ΑΙΘΟμαραινομα ad hominem transfert: όταν υγιεστο σωμα εχων, και την ψυχην δυναμενη φιλοφρονεισθαι ΑΠΟΜΑΡΑΙΝΗΤΑΙ, πως εν αναγκη τατο ποθεινον ειναι. Caeterum, quae ut plurimum fieri solent,

b. l. ita exprimuntur quasi semper fiant. Eadem comparatio occurrit Pf. 37, 2 sq. 73, 18 - 20. 90, 5. 6. 103, 15. 16. Jes. 40, 6. 7. Job. 14, 2. 1 Petr. 1, 24. et alibi. cf. Philo de victim. p. 855. Α. εσω μονος Θεος αυχημα σε, και μη' επι πλετω — σεμνουθης — ὅτι οξειαν εχει την μεταβολην, ΜΑΡΑΙΝΟΜΕΝΑ τροπον τινα. πριν αυθησαι βεβαιως. Sic et Erubin fol. 54, 1. Filii hominis similes sunt graminibus agri: quaedam ex iis florent, quaedam decidunt.

12 - 18. Jam noster ad argumentum v. 2. 3. 4. vnde aliquo modo inde a. v. 5. digressus erat, rediens, de πειρασμοις omnino agere pergit, et postquam beatos praedicauit eos, qui tentationes patienter sustineant, v. 12. christianos hortatur, vtne, (quae forsitan nonnullorum fuit opinio), tentationes, e praua concupiscentia oriundas, a Deo proficisci arbitrentur v. 13. 14. 15. cui nonnisi bona quaeuis accepta referant. v. 16. 17. 18. in primis vero praestantissimum illud religionis christianae beneficium v. 19. μακριος (sc. εσι) vel addito vel omisso voc. ανηρ siue ανθρωπος, est formula solennis, a qua incipere solebant veterum virtutis praecepta. cf. Matth.

κίμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, ὃν ἐπιγυ-

5, 3. sqq. hebr. שִׁמְחָה יִרְשָׁם  
Pl. I, I. Latini: *beatus qui*  
etc. πειρασμον, eodem sensu  
quo v. 2. ὑπομενειν πειρασ-  
μον vero est *animo firmo fer-*  
*re mala quaevis, ita ut ad*  
*religionem deserendam nos iis*  
*seduci haud patiamur.* cf. ad  
v. 2. Similis sententia ex-  
stat Matth. 5, 10. II. I Petr.  
2, 19. 3, 14. 4, 14. Hebr.  
12, 5. Pl. I, I. Job. 5, 17 sq.  
Prov. 3, 11. 12. ὅτι pro διοτι.  
ληψεται sc. απο τῆ θεσ. του  
σεΦανου της ζωης. σεΦανος ad  
victoris coronam ex oleastro,  
apio, vel gramine confectam  
spectat. Vt enim virtutis stu-  
dium cum cursu, sic praemia  
virtuti proposita cum praemiis  
victoris comparari solent. cf.  
2 Tim. 4, 8. et I Petr. 5, 4.  
σεΦανος igitur h. l. pro prae-  
mio positum est. et λ. τ. σ.  
τ. ζ. pro ληψεται την ζωην εις  
ανταποδοσιν, ὡσπερ ὁ νικησας  
εν μαχη του στεΦανου. Vt  
victor coronam, sic christia-  
nus, virtute aduersis constan-  
ter sustinendis probata, vitam  
accipiet. ζωη vero vel est  
ζωη αιωνιος, vel felicitas omni-  
no; ζωη enim et θανατος non  
minus ac Φως et σιωτια in  
N. T. pro felicitate et infeli-  
citate alternant. Rationem  
vide Cohel. II, 7. Praefero  
tamen h. l. priorem signifi-  
cationem. δοκιμος γενόμενος,  
vel δοκιμασθεις, pro εαν δοκι-

μος γυνηται, id quod praeunte  
Κυρκιο, ad ludos veterum  
Graecorum refero. Prius-  
quam enim athletae ad decer-  
tandum pro corona victori  
proposita admitterentur, viri-  
tutem et artis athleticae peri-  
tiam, cum coeuis exercen-  
do se, cum in gymnasio  
ephebaeo, tum in stadio, tam  
ipsi populo, quam Gymnasi-  
archo atque athleticis hellano-  
diciis, probare eos oportebat.  
Quae quidem fortitudi-  
nis exploratio Graecis dicta  
est δοκιμασια, Gymnasiarchi  
vero dicebantur δοκιμαζειν, ii  
ipsi denique, qui post specta-  
tam ipsorum virtutem Gym-  
nasiarchis probati erant, δο-  
κιμοι. vid. Faber in agoni-  
stic. l. 3. c. II. Quam in  
rem et Loesnerus locum at-  
tulit e Philone de Josepho p.  
535. E. αθληται δυναμεσι και  
ραμμαις και ευεξιαις σωματων  
μεγα φρονουντες, ανενδοιαστον  
νικην ελπισαντες, εξαγωνιοι  
πολλαις εγενοντο μη ΔΟΚΙ-  
ΜΑΣΘΕΝΤΕΣ, η κατα-  
σταντες εις τον αγωνα, ητ-  
τηθησαν. δοκιμοι inde et  
h. l. dicuntur ii, qui rebus  
aduersis constanter sustinendis  
virtutem suam Deo probant.  
Vt vero cum Κυρκιο omnia  
N. T. loca, in quibus Deus  
dicitur δοκιμαζειν (ἰηβ) ho-  
mines, et illum ipsum, quem  
e Josepho huc attulit, locum,  
D 5 ad

13 ἐπηγγείλατο ὁ Κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. μηδεὶς

πει-

ad hunc morem, inde ab antiquissimis temporibus Judaeis vix satis notum, referam, a me impetrare non possum. Hoc tamen loco nostro verba ληφεται του σεφανου, ad ludos ducere videntur, etsi non multum repugnauerim, si σεφανος de corona omnino, siue regia (διαδημα) siue quavis alia, quae summae felicitatis dignitatisque signum esse solet, adeoque de quovis praemio honorifico, δοκιμιος vero, ludorum ratione non habita, de homine probata virtute intelligatur, cf. Sap. 5, 15. 16. coll. 3, 8. Rom. 5, 17. 2 Tim. 4, 8. ὁ κυριος προ χριστος. τοις αγαπωσιν αυτον, periphraſis priorum hebraica, יהרהר אהבה. i. e. qui amore divino adducti sanctam vitae sequuntur rationem. Vertam: seinen wahren Verehrern. 2 Tim. 4, 8.

13. μηδεὶς πειραζομενος, h. nexu: nemo qui tentatione vincitur — ad peccandum impellitur. vid. paulo post ad πειραζομεν. λεγωτω, cogitet, sibi persuadeat. waehne. Sic quoque hebr. ומא in V. T. et λεγει apud Hom. aliosque centies. ὅτι abundat. πειραζομαι. πειραζειν proprie quidem est explorare et praecipue calamitatibus immittendis explorare virtutis studium, et constantiam,

inprimis in religione tuenda. vid. ad v. 2. Jam vero quia nonnulli, tentationibus hisce succumbentes, ad religionem deserendam seducuntur, πειραζειν inde quoque est seducere I Cor. 7, 5. vid. exc. 2. quo sensu et h. l. fumendum est, quia verba sunt indignantis et incusantis. απο τα θεα πειραζομαι igitur sibi vult: rebus aduersis suscipiendis ad religionem christianam deserendam seducor. Caeterum oratio est directa pro indirecta: αυτον πειραζεσθαι απο τα θεα. Eandem scelerum excusationem vid. II. τ. 86. εγω δ' εκ αιτιος ειμι, αλλα ζεις και μοιρα. Plaut. Aulul. 4, 10. 7. Deus impulsor mihi fuit. Ter. Eunuch. 5, 2. 36. quid, si hoc voluit quispiam Deus? απειρασος, irequentius απειρατος, passiuam eamque variam habet significationem, pro varia τα πειραζειν notione. Velut απειρασον Josepho (de b. i. l. 7. c. 8. §. I. l. 5. c. 9. §. 3.) valet intentatum, cujus aliquis nullum periculum fecit, sed l. n. vbi πειραζειν aliam vim habet, est non tentatus, i. e. qui non sollicitatur ad peccata, et vt Latinorum inuidus pro inuincibilis sic απειρασος non tentatus pro eo qui tentari, i. e. ad peccata seduci nequit. Glossarium intentabilis, et sic jam  
Syrus



πειραζόμενος λέγεται „Οτι ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι,“ ὁ γὰρ Θεὸς ἀπειραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται, 14 ὑπὸ

*Syrus et Arabs.* κακῶν sup-  
pl. δια vel παρα. peccatis. vid.  
*Wetst.* in h. l. *Interpres Aethiops* vero, et cum eo *Lutherus*, ἀπειραστος sensu actiuo sumunt: *Gott ist kein Versucher zum Bösen*, sed tunc *Jacobus* duplici phrasi idem diceret, et voc. δε plane sensu careret. Quid, quod ipsa forma vocis *actiuam* non admittit significationem. πειράζει. vid. ad πειράζομαι. ὁ — ἔδεναι paronomasiae causa sibi opponuntur, et mens *Jacobi* forsan fuerit haec: ὡς γὰρ ὁ Θεὸς ἀπειραστός ἐστι κακῶν, ἔτω καὶ αὐτός πειράζει ἔδεναι. *So wenig er selbst zum Bösen verführt werden kann, eben so wenig verführt er auch andre.* i. e. fieri nullo modo potest, ut aliis tentationes immittat. Dignus qui cum vniuersa sententia conferatur *Siracidis* locus C. 15, II. sqq. coll. I Cor. 10, 13. Praeterea cf. *Antonin.* 6, I. ὁ τῆν ὄλων ἑστῆν διοικῶν λογὸς ἠδὲ μῆν ἐν αὐτῷ αἰτιαὶν ἔχῃσι τὸ κακοποιεῖν. ΚΑΚΙΑΝ ΓΑΡ ΟΥΚ ΕΧΕΙ, ΟΥΔΕ ΤΙ ΚΑΚΩΣ ΠΟΙΕΙ, ἔδε βλαπτεται ὑπ' ἐκεῖν. *Maxim.* *Tyr.* 41, 8. ἦν ἡ ψυχῆς ἐξουσία κινεῖται τε καὶ τελευτᾷ, ὡς ὄνομα μοχθηρία.

αὐτὸς τὸ ἐλομεναι αἰτία Θεὸς ἀπειραστός. *Menachoth.* f. 90. 2. *Dixit Hiskias, quid est quod scribitur Job. 35. 16. veni et vide non esse morem Dei S. B. qualis hominis; caro et sanguis seducit a viis vitae ad vias mortis: Deus a viis mortis ad vias vitae.*

14. Jam in veram πειρασμῶν naturam, inquirens *Jacobus*, a prauis cupiditatibus eandem nobis strui contendit. Reuocatur autem praua cupiditas ad meretricis similitudinem, quae illecebris iuuenem allicit incautum, et grauida quasi ex ipso facta, excludit foetum, mox atrocissima morte periturum. *Ἐπιθυμία, Ἀμαρτία* et *Θάνατος* personarum vim habent, quarent in singulis litterae initiales maiori forma imprimerentur, curauit. Imaginem vero meretricis suppeditant voces συλλαβεῖν, τιττεῖν, ἀποκνεῖν v. 15. nec non et ἐξελκεῖν atque δαλεαζειν v. 14. πειράζεται ad peccata perpetranda seducitur. *Ἐπιθυμία* est praua concupiscentia, qua video meliora proboque, deteriora sequor. *Paulus* eandem vocat *ἐπιθυμίαν τῆς ἀπατῆς* *Ephes.* 4, 22. σπ. κλην *Coloss.* 3, 5. παῖδος

ὕπὸ τῆς ἰδίας Ἐπιθυμίας ἐξελλόμενος καὶ δολοζόμε-

ἐπιθυμίας 1 Theff. 4, 5. ἐπ. κοσμικῆν Tit. 2, 12. Plato ἡδονῆν, alii simpliciter το δολοζοῦν; Hebraei נגח נגח, נגח, נגח. Latini voluptatem. Nos Sinnlichkeit, sinnliche Lust. ἰδίας adjicitur, quo magis malefactorum culpa a Deo remoueat 2 Tim. 4, 3. nisi positum sit, vt ἰδιος saepius, in N. T., simpliciter pro ἀπο τῆς ἐπιθ. αὐτῆ. δολοζοῦν proprie omnino est allicere, pellicere, vnde quoque δολοζοῦν illecebra, ἐξελλεῖν vero abstrahere, sc. ἀπο τῆς ὁδοῦ εὐθείας, vel ἀπο τοῦ ἀγαθοῦ i. e. seducere. Xenoph. Cyrop. l. 8. εἰ αὐτὸς ἐπιδεικνύει ἑαυτὸν, μὴ ὑπο τῶν παρανομιῶν ἡδονῶν ἘΛΚΟΜΕΝΟΝ ΑΠΟ ΤῶΝ ΑΓΑΘῶΝ, ita vt δολοζοῦν ab ἐξελλεῖν vt causa ab effectu differat. In primis vero δολοζοῦν, vt nostrum ankürnen, in re piscatoria et venatica de inescandis e. c. piscibus. ἐξελλεῖν vero de protrahendis ipsis in littus adhibetur. Athenaeus l. 7. p. 308. B. de pisce quodam ΑΝΕΛΚΤΣΘΕΙΣ δε \* ΔΕΛΕΑΖΕΤΑΙ πτε σαρκι, πτε ἀλλῶ τινι ἐμφυχῶ. Herodotus 2, 70. ἐπεὶ νῶτον νοσ ΔΕΛΕΑΣΗ περι ἀγκιστρον, μετὶ εἰς μέσον τοῦ ποταμοῦ — ὁ κροκοδείλος — ἐντυχῶν τῶ νῶτῶ καταπίνει. Ὅι δε ΕΛΚΟΥΣΙ — ἐπεὶ

δε ΕΞΕΛΚΤΣΘΗ εἰς γῆν — πρῶτον ἀπαντῶν ἢ θηρευτῆρ κατ' ὧν ἐπλάσε αὐτὰς τὰς οφθαλμοῦς. cf. Xenoph. memorab. l. 2. ad quam ipsam similitudinem Jacobus et h. l. respexisse videtur. Sic enim, et aptissime quidem ad l. n., vtrumque vocabulum de mulieribus, meretricibus et voluptatibus vsurpatur. Athenaeus l. 13. C. 8. p. 600. Megalofstratam aptam fuisse dicit διὰ τὴν ὀμυλιαν τὰς ἐρασίας ΠΡΟΣΕΛΚΤΣΑΣ. ΘΑΙ. In testam. 12. patriarch. p. 702. de uxore Potipharis dicit Josephus εἰς πορνείαν με ΕΦΕΛΚΤΣΑΤΟ. Maxim. Tyr. Diff. 21. p. 206. πικραῖς καὶ ἐλευναῖς ἨΔΟΝΑΙΣ ΔΕΛΕΑΣΘΕΝΤΕΣ. Antonin. l. 2. §. 12. τὰ ἨΔΟΝΗ ΔΕΛΕΑΖΟΝΤΑ. Latini verbum inescare eodem sensu adhibent. Ter. Adelph. 2, 2. 12. Nescis inescare homines. Quid quod commune hoc omnibus est scriptoribus, vt, de fallendis seducendisque hominibus loquenturi, a re venatica repetant imagines. Caeterum haec voc. tantum accumulata sunt, vt tentationis notio plane exhauriretur, alioquin secundum ipsam illam similitudinem δολοζοῦν praecedere debuisset voci ἐξελλόμενος. Eandem sententiam verbis ab ea-

ζόμενος ἴτα ἢ Ἐπιθυμία συλλαβοῦτα τίττει 15  
Ἄμαρ-

eadem similitudine repetitis saepius protulerunt veteres. Plato in Timaeo ἡδονην vocat των κακων ΔΕΛΕΑΡ, quem imitatur Plutarchus de sera Num. Vind. dicens: το γλυκν της ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ ὡς περ ΔΕΛΕΑΡ ΕΞΕΛΚΕΙΝ (ανδρωπερ.) Cic. de senect. 13. *Diuine enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo pisces.* Sic et Philo de agric. p. 202. Ε. εν εδεν ετιν, ὁ μη προς ἡδονης ΔΕΛΕΑΣΘΕΝ ΕΙΛΚΥΣΤΑΙ και εμφερεται τοις πολυπλοκωτατοις δικτυοις αυτης, ἃ πολυς διεκδυνει πονος. de mund. opif. p. 38. C. ὁ δε (λογισμος) αυτικα ΔΕΛΕΑΣΘΕΙΣ, ὑπηκος ανδ' ἡγεμονος — γινεται. Xenoph. memorab. 1. 2. εκεν ὁ εἶτω πεπαιδευμενος ἡττον αν δοκει σοι ὑπο των αντιπαλων η τα λοιπα ζωα ἀλισκεσθαι. τῶτων γαρ δηκε τα μεν γαστρι ΔΕΛΕΑΣΟΜΕΝΑ και μελα ενια δυσωπημενα ὁμως ΤΗ ΕΠΙΘΥΜΙΑ. τε φαγειν αγαμενα προς το ΔΕΛΕΑΡ, ἀλισκεται — εκεν σοι δοκει αισχρον ενω ανδρωπερ, τ' αυτα πασχην τοις αφρονεσατοις των θηριων. cf. Schoetgen. hor. hebr. in h. 1.

15. ἴτα. post aliquod temporis intervallum. συλλαβουτα

τιττει pro συλλαμβανει και τιττει. συλλαβουτα sc. εκ τῶ ανδρος cum quo congressa est. τιττει Ἄμαρτιαν. Sic et Theognis 153. τιττει γαρ κορος ὑβρι. αποτελεσθεισα αποκουει, pro αποτελειται και αποκουει. αποτελεσθεισα, ubi perpetratum fuerit peccatum. Eodem nexu et Polyb. hoc voc. vitur: το μεγαλον ασεβημα κατα προαιρεσιν ΑΠΕΤΕΛΕΣΑΝ) vel, sensu eodem, sed magis apte forsan ad imaginem hujus loci: ubi adultum fuerit, qua significatione τελειος saltem saepius occurrit. Hebr. 5, 14. 1 Cor. 2, 6. 14, 20. Eph. 4, 13. Phil. 3, 15. αποκουει, ἤβη, vero est vox bene graeca, nec diuersa a τιττει enitur. Θανατον vel mortem, vel omnino mala quaeuis significat, vid. ad v. 12. Praefero h. 1. prius, quia homines peccando mortales factos esse omnes consentiunt N. T. scriptores. cf. Rom. 6, 7. 11. Videtur itaque Jacobus Ἄμαρτιαν quasi adultam, ex concubitu cum eodem juuene, Θανατον excludentem, sibi animo finxisse. A metaphora vero si recesseris, sensus eo redit: *inest aliquid vitii quod placeat: — unde committere ea cupimus — si vero commissa fuerint — poena imminet.* Jacobum vero h. 1. ad Genes. 3. respexisse

vix

Ἀμαρτίαν ἢ δὲ Ἀμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκεί  
 16 Θάνατον. μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί,  
 17 πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δῶρημα τέλειον ἀνωθεν  
 ἔστι

vix contendere ausim. *Philo* de sacrif. Abel p. 147. E. huic loco conuenienter sic: ἡ Φυσις προς γενεσιν πραγματων ὤρισεν εν ψυχῃ δυναμιν, δι ἧς ΚΥΤΟΦΟΡΕΙ, καὶ ΩΔΙΝΕΙ καὶ ΑΠΟΤΙΚΤΕΙ πολλα διανοια· των δε ΑΠΟΚΤΟΜΕΝΩΝ — τα δηλεα — εσι κακια καὶ παθος. et in Allegoriis: αΦροσυνη δε εσι κυριον ονομα ΩΔΙΝΟΥΣΑ, ὅτι ὁ αΦρων υεσ ανεπειται εν εργων ἐκασῳ τε εν ωδινησει εσιν. ὅταν χρηματων ερα ΩΔΙΝΕΙ, ὅτε δοξης, ὅτε ἡδονης, ὅτε αλλε τινος. Plura loca hoc sensu Graecis frequentata praeter *Wetstenium*, *Majus* et *Pricaeus* collegerunt. De sententia ipsa vero egregius est locus *Episteti* apud *Arrianum* l. 3. c. 24. Ὅταν σε ἡ Φαντασια δαμνη (τοῦτο γαρ εν επισοι) αναμαχε τῳ λογῳ, καταγωνιζε αυτην, μη εασης ενισχυειν, μηδε προαγειν επι τα ἐξης, αναπλασσεσαν ὅσα θελει καὶ ὡς θελει, et *Platonis* epist. 7. ἐξ αμαθιας, παντα κακα πασιν ερριζωται, καὶ βλασανει, καὶ εις ὑπερον ἀποτελει καρπον τοις γεννησασι πιροτατον.

16. 17. Quam arte hi versus cum antecedentibus con-

haereant ad initium v. 12. demonstrauimus, quare miramur nonnullos interpretes nouae sectiōnis hic constitutere initium. μὴ πλανᾶσθε (suppl. 89, quod Cod. Al. habet), est loquendi ratio scriptoribus sacris adhiberi solita, vbi a graui errore homines reuocare volunt, quem ipsi tamen leuēi iudicant. I Cor. 6, 9. 15, 33. Gal. 6, 7. I Jo. 3, 7. πλανᾶσθαι vero proprie est a rebus via abduci, inde metaphorice, vt et h. l. omnino falli, errare, vt sensus sit hic: ne fallamini sc. in eo, quod Deum tentationum habeatis auctorem. ἀδελφοί μου ἀγαπητοί. blande, quo minus aegre ferant, Iacobum iis eripere errorem, quo peccandi libidinem huc vsque excusari et defendi posse putauerant.

17. πᾶσα, mera vid. ad v. 2. subint. μαλλον potius. δόσις-καὶ — δῶρημα, illud largitionem, hoc munus ipsum designare, si grammaticam rationem spectes, vere annotatur; ex vsu loquendi tamen vtrumque synonymum est: h. l. beneficia quaeuis diuina. τέλειον i. q. ἀγαθόν, veram nostram augens felicitatem, vt opponatur τῇ ἐπιθυμῳ, quae aliquam

ἔστι καταβαίνει ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φῶτων, παρ

ᾧ

aliquam saltem, sed fugacem eandem, atque perniciosam suppeditat voluptatem. Sensus est: non nisi bona quaevis a Deo proficiuntur, ergo non tentationes. ἀνωθεν pro κρανοθεν Act. 14, 7. vel ἐκ τῆς κρανῆ, vt hebr. לְמַעַל pro מִלְּמַעַל. Jos. 2, 11. cf. Joh. 6, 32. 33. graphice dictum pro: παρὰ τῆς θεῆς, τῆς ἐν κρανῆ. Deum enim coelo, tanquam loco eminentiori, insidere, veteres tantum non omnes statuerunt. Sic etiam ἐν κρανῆ et ἐν ὑψιστοῖς Luc. 19, 38. coll. Matth. 21, 9. et Marc. 11, 10. positum est pro: τῷ θεῷ ἐν κρανῆ, τῷ θεῷ ἐν ὑψ. sc. οὐτο. vid. Wetst. Contra vero et inuersa ratione ἐκ τῆς θεῆς vel ἐκ τῆς Διὸς interdum ponitur pro ἐκ τῆς κρανῆ. cf. Gen. 19, 24. vbi יהוה מאה verbis statim insequentibus יהוה שם מן explicatur. — *ἐστὶ, καταβαίνειον* — sic, commate interposito, explicari solet ita: *e coelo est, descendens a patre luminum.* Malim tamen, deleto commate, *ἐστὶ*, ex hebraica loquendi ratione, jungi cum *καταβαίνειον*, sensu plane non mutato, pro: *καταβαίνει.* Joh. 1, 33. Sic quoque *Latina prisca* et *Syrus.* ἀπο pro παρὰ. τῆς πατρὸς i. e. τῆς ποιητῆς, κτιστῆς, κτισαντος. auctoris, creatoris, vt Hebr. 12, 9. et apud ipsum Jac. 3, 9. cf. Mal. 2, 10. hebr.

2M. Quem quidem vsum loquendi *Loesnerus* inprimis e *Philone* confirmavit de mund. opif. p. 2. B. θεον, τῆς μὲν (θεῆς) τὰς δυνάμεις ὡς ΠΟΙΗΤΟΥ καὶ ΠΑΤΡΟΣ καταπλαγήνα, τον δὲ (ἰσομοῦ) μὴ πλεον τῆς μετρίης ἀποσεμνηναί. de charit. p. 799. C. ΠΟΙΗΤΗΣ τῶν ὅλων καὶ ΠΑΤΗΡ. Quibus addo: *Plut.* Vit. non esse suauem fec. *Epicur.* p. 1112. D. πάντων μὲν ἡγεμον ἀγαθῶν, πάντων δὲ ΠΑΤΗΡ καλῶν ἐκείνος ἐστὶ. Sic quoque *Romulus Romae pater* *Plutarcho*, *Apollo lyrae pater* *Horatio.* Od. 1, 10. 6. τῶν Φωτῶν. de ratione et reuelatione *Bensonus* de spiritibus, donisque spiritualibus vero *Grotius* intelligit, vt i. fit q. Hebr. 12, 9. πατήρ τῶν πνευματῶν, sed vtrumque sine exemplorum auctoritate. *III. Michaelis* cum *Wolffio* in curis πατήρ τῶν Φωτῶν vertit: auctor omnis perfectionis, prosperitatis, atque laetitiae, secundum hebr. וְיָרָא et וְיָרָא Cohel. 6, 5. Pl. 36, 10. 97, 11. coll. Joh. 1, 4. obstante tamen forma plurali. Alii aliter. Recentiorum tamen plerique τῶν Φωτῶν de sole, luna, caeterisque intelligunt astris, ex hebr. וְיָרָא Pl. 37, 6. 186, 7. Job. 22. 28. 31, 26. 36, 32. 37, 21. Prov. 4, 18. *Jes.* 5, 30. alibi, vel

וְיָרָא

ὧ οὐκ ἐνι παραλλαγῇ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.

βου-

γικα Gen. 1, 14. 15. 49, Pf. 74, 16. et hanc ipsam significationem ea etiam quae sequuntur requirere videntur. *πατηρ των Φωτων* igitur *siderum* est *auctor*. Sic olim et Jupiter a luce dictus est *Lucetius* i. e. *lucis auctor*. *Macrob.* 1. 1. Saturn. c. 15. *Nam cum Jovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt.* cf. *Gellii* noct. Att. 1. 5. c. 12. Solenne vero Hebraeis a sideribus celebrandae diuinae majestatis atque potentiae repetere argumentum. *Jes.* 40, 26. Pf. 136, 7. 147, 4. *Jer.* 31, 35. *Sir.* 42, 16. 43, 10. quas et *Jacobus* eam ob causam h. l. praedicat, vt Deo ad exsequenda ea, quae benigne velit, potentiam quoque non deesse demonstrat. Quod tamen *Jacobus* in hanc ipsam celebrandae majestatis diuinae incidit rationem, eo, si quid video, factum est, quod phraasi vtens *ΑΝΩΘΕΝ* ἐσι καταβαινον, coelum sideribus distinctum quasi ante oculos videret. Vnde igitur magis commode praedicandae majestatis diuinae materiam desumere potuisset arbitremur, quam ex ipso coelo? Jam vero dum siderum imaginem sibi propositam videt, eorundem quoque vicissitudines animo obuersatur, quas tamen

ipsas in naturam diuinam inde a verbis *παρ ὧ* etc. cadere negat. Vt vero *Paullus Aratum* Act. 17, 18. *Menandrum* 1 Cor. 15, 33. *Epimenidem* Tit. 1, 12. ante oculos habuisse apparet, sic et locus hic ex poemate quodam desumptus, et *Φωτων* ex poetarum more pro *αυδρων* positum esse videri possit, inprimis cum verbis *πασα — τελειου* hexameter insit. Omnino quidem *Φως* in forma tam singulari quam plurali hominis designat; *Hesiod.* *Ασπις* 149.

— — *Ερις* — —

*Σχετλην, ηρα νοου τε και εν Φρενας ειλετο ΦΩΤΩΝ.*

vt vero in nullo, qui quidem ad nos peruenerit, poeta veteri locus deprehenditur, praetereaque *Jacobus* ecclesiae Hierosolymitanae assiduus doctor vix Graecos legisse poetarum videtur; ita versus in scribendo etiam inuito scriptori excidere posse, plura in optimis scriptoribus profaice existant exempla. Sic v. c. apud *Liuium* 6, 3.

Parcere lamentis *Sutrinus* jussit; *Etruscis*  
Se luctum lacrimasque  
ferre.

Plures ejusmodi versus *Noltenius* collegit sub v. *versus*. *παρ ὧ* i. q. *εν ὧ*. *ενι* pro *ενεσι*. *παρ ὧ* ἐκ *ενεσι* tunc pleo-

Βουλῆθεῖς ἀπεκύνθησεν ἡμᾶς λόγῳ εὐληθείας, εἰς 18

τὸ

pleonastice dictum pro παρ' ὃ ἐκ εἶν, i. e. in quo locum non habet, amant enim auctores Graeci particulas accumulare: nisi forte ἐνι pro ἴψῳ ἐσι positum fuerit. Apud auctores quidem profanos hoc significatu me legere non memini, sed Col. 3. 11. (non item Sir. 37, 2. Gal. 3, 28. quae pro hoc usu loquendi a quibusdam allegantur), ἐνι simpliciter pro ἐσι positum esse videtur. παραλλαγή et τροπῆς ἀποσιμασμα. De discrimine inter utramque vocem constituendo magnopere solliciti sunt interpretes, nec, fuisse inter eas discriminis aliquid negari potest. Sunt enim voces ex astronomorum disciplina repetitae. Latini eadem significatione conuersio, flexus. Loca vide apud Dukerum ad Flor. 4, 3. 8. Nimirum παραλλαγή ἢ μεταβολῆ de conuersione solis a septentrione ad meridiem et vice versa, τροπή vero de ea quae fieri videtur ab ortu ad occasum, et ἀποσιμασμα denique ea umbra, quam terra projicit, sole sub ea condito, adhiberi solet, ita vt τροπῆς ἀποσιμασμα sit ἀποσιμασμα ἐκ τῆς τροπῆς sc. oriundum, quaquam et loca existunt, in quibus παραλλαγή et τροπή inter se permutantur, vel pro eodem habentur. vid. locorum multitudinem ap.

Raphelium et Loesnerum in h. l. Sed quicquid illud fuerit discrimen, Jacobum tamen de eo cogitasse vix crediderim. Modo igitur teneamus hoc unum, utrumque vocabulum de astrorum mutatione adhiberi. Sensus tum prodit hic: in quem nulla cadit mutatio, nec benignitatis obumbratio, qualis in sideribus locum habet. Saepius vero a sideribus mutationis repetitur imago Sir. 27, 12. Nisi vero de sideribus sermo esse videretur, dubius haererem, an non ἀποσιμασμα τροπῆς cum Wolfso, Suida auctore, accipiam: ἀντι τῆ ἀλλοιωσῶς καὶ μεταβολῆς ἰχθὺς καὶ ὁμοιωμα Φαντασίας. Tum sententia prodiret haec: in quo nulla mutatio, et ne umbra quidem mutationis, i. e. ne leuissima quidem mutatio, qualis in sideribus esse solet, locum habet. Hebr. 1, 10-12. Sap. 7, 26. sqq. in primis vero si verba τῶν Φωτῶν de quauis alia re praeter astra intellexeris, παραλλαγή et τροπή omnino sensu illo pro mutatione quauis accipi possunt. Et sic quoque utrumque vocabulum occurrit. vid. Loesnerum. Similes sententias Philo protulit: de sacrif. Ab. et Cain p. 138, E. διαθήκη ἐστὶ Θεὸς συμβολικῶς αἱ χαριτες αὐτῆς. Θεὸς δὲ εἶδεν ΑΤΕΛΕΣ αὐτῆς

E

χαρι-

τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχὴν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων.

Ἔσπε,

χαρίζεσθαι ὡς ὁ ὀλοκλήροι καὶ ΠΑΝΤΕΛΕΙΣ αἱ τὰ ἀγενητὰ δαρεῖσι πασαι. de agricult. p. 195. C. ἀμηχανον γὰρ τῶν ἐπιβαλλόντων εὐδειαν εἰσεῖτινος ἐπισταυτος θεοῦ ΠΛΗΡΗ καὶ ΤΕΛΕΙΑ τ' ἀγαθὰ τοῖς ἐσιν ἀπασι εἰδοτος χαρίζεσθαι. Dio O. 32. p. 365. B. ΤΟ μὲν σωζον καὶ τρεφον καὶ γοιμιμον, οὕτως ἈΝΩΘΕΝ ποθεν εἰ δαιμονια τινος πηγῆς κατεῖσι. Bereschith R. 51, 1. Dixit R. Chanina. Non est res mala descendens desuper.

18. *Summum vero beneficium, quod immutabili ejus benignitati acceptum referimus, in eo cernitur, quod christiana religio nos emendatioribus felicioribusque reddere voluerit.* βεληθεις pro composito ευβεληθεις. i. q. alias θελων. εὐδοκων. κατὰ τὴν εὐδοκίαν τὰ θεληματος αὐτῆ Ephes. 1, 3-5. ὕπερ τῆς εὐδοκίας αὐτῆ Ephes. 1, 5. 9. Phil. 2, 13. hebr. יצאנו 2 Sam. 20, 11. quod LXX reddunt βελομενος, pro suo erga nos favore, sola benignitate coactus. Vnde iterum intelligendum est, tantum abesse, vt Deus ad peccata homines seducat, vt vltro potius summum in eos contulerit beneficium. αποικειν proprie i. q. τιτειν παρere, procreare, vid. ad v. 15. inde facere, efficere omni-

no. Jam vero quia, quae procreantur, noua atque integra prodeunt, αποικειν inde saepissime nil aliud sibi vult quam emendare, αναγεννην I Petr. 1, 3. 23. vtroque sensu h. l. accipi potest. Videtur autem Jacobus ex v. 15. in hanc incidisse loquendi rationem. αποικειν vero pro gignere accipi maullt S. V. Storr, vt propter voc. κτισματα de creatore gignente cogitetur, qui paulo aute πατρι dictus sit; neque hoc incommode, licet certi vsus loquendi exempla desint, cum gignendi, et pariendi significatio sit inuicem similitudine admodum conjuncta. λογω ἀληθειας pro λογω ἀληθινω, quo religio christiana significari ac Iudaismo et Hellenismo νομω et προτερα καὶ ματαια ανατροφη ανδρωτα ψυχικα οπποσι solet. εις το ειναι pro ινα αμειν i. e. καὶ εἰτως ἐποίησεν ἡμας etc. — ἀπαρχην τῶν κτισμάτων. ἀπαρχη proprie dicitur primum in qualibet re, praecipue tamen primitiarum (מִנְחָה) Deo offerri solitarum ratione habita. Philo leg. ad Cai. p. 1035. E. πωδομενος ὀλιγορεισθαι τας ιερας ΑΠΑΡΧΑΣ. et paulo post: εἰσεῖ πάντα (τα συναγωγια) συνοδα — ανδραν επιτηδευοντων αρετην ΑΠΑΡΧΑΣ δε ετησις εισφερωντων εἰ ὧν ἀναγεσι θυσιας.



Ὅστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἔστω πᾶς ἀν-19  
 θρωπος ταχύς εἰς τὸ ἀκούσαι, βραδύς εἰς τὸ λα-  
 λῆσαι,

σιας. α. τ. κ. igitur i. e. q. οἱ  
 πρωτοι των κτισματων, quo qui-  
 dem vocabulo ἀπαρχης, siue  
 ad primitias in eo explicando  
 respexeris, siue minus, Ju-  
 daei eam ob causam nuncun-  
 pantur, quia primi omnium  
 Christi nomen dederant; op-  
 positi reliquo κοσμῳ ad chris-  
 tianam religionem adhuc con-  
 vertendo. cf. Rom. 6, 5. Εται-  
 νετον — — ὅς εἰν ΑΠΑΡ-  
 ΧΗ της Αχαιας εἰς Χρισον.  
 I Cor. 15, 20. Χρισος —  
 ΑΠΑΡΧΗ των νεκοιμημε-  
 νων εγενετο. v. 23. ΑΠΑΡ-  
 ΧΗ Χρισος, quod recte in-  
 terpretatur Hef. πρῶτος Χρι-  
 σος. Alii, vt voc. latina prin-  
 ceps, primus, primitiæ pro re-  
 bus præcipuis vsurpantur, sic  
 quoque ἀπαρχην τ. κ. prae-  
 eunte Bengelio, vertunt: αν-  
 θρωπος τιμωτατος, homines  
 præcipuos nos reddidit: non  
 repugnante vsu loquendi tum  
 hebr. (nam בלה medulla i. e.  
 optimum in qualibet re, οἱ  
 LXX reddunt per ἀπαρχην.  
 Num. 13, 12. et primogeni-  
 tus, ין תישרה Hebraeis dic-  
 ctus, præcipuum in familia  
 locum obtinebat.) tum graeco;  
 siquidem Philo Judaeos vo-  
 cat Judaeos generis humani  
 ἀπαρχην. των αυτε κτισματων.  
 creaturarum suarum h. l.  
 strictiori sensu hominum suo-

rum. vt κτισις Rom. 8, 19.  
 et alibi.

19-21. Ad tantam vero  
 dignitatem euecti, vt dignos  
 quoque hoc beneficio se ge-  
 rant, et inprimis religionem  
 christianam mansueti ipsi pot-  
 tius animo atque tranquillo  
 amplecti, quam zelo infansio-  
 alii tradere malint, Christia-  
 nos hortatur Jacobus. Vide-  
 tur nempe Jacobus h. l. re-  
 prehendere vitium illud, quo  
 Christiani, qualicumque im-  
 buti religionis chr. notitia,  
 nimia alios statim eandem  
 docendi cupiditate flagrant.  
 ὡς vt διο v. 21. et δια τστο  
 quo Paulus inprimis vitur,  
 ex antecedentibus colligit:  
 quae cum ita sint. i. e. cum  
 ad tantam euecti sitis dignita-  
 tem. πας ανθρωπος. genera-  
 tim dicta, ad mitigandam re-  
 prehensionis acerbicatem. τα-  
 χυς h. l. promptus, paratus,  
 proclivis. εἰς το ακεσαι sc.  
 τον λογον της αληθειας. i. e.  
 εἰς το μανθανειν τ. λ. τ. α. ad  
 accipiendam rel. chr. βραδύς  
 vi oppositi ταχυς minus prom-  
 tus, parum paratus et ala-  
 cris ad agendum. i. q. οκνηρος.  
 Rom. 12, 11. et νωθρος Hebr.  
 5, 11. Nos sūmīg. εἰς τ.  
 λαλησαι. sc. τον λογον της αλη-  
 θειας. vi oppos. ακεσαι, i. q.  
 Ε 2 εις

20 λῆσαι, βραδύς εἰς ὀργήν. ὀργὴ γὰρ ἀνδρός,  
δικαι-

εἰς το διδάσκειν τ. λ. τ. α. ad tradendam rel. chr. βραδύς repetitur ad augendam cohortationis grauitatem. βραδύς εἰς ὀργήν (οἷη γῆν vel πῦρ γῆν.) sc. iterum εν τῷ λαλήσαι, quod contextus requirit. *Lenti fitis ad iram in docendo, vel contra negantes obsequium, vel contra secus docentes, vel contra iudices doctrinae vobis traditae rationem a vobis exigentes, aliosque. Eodem modo et Philo de conf. ling. p. 327. B. vocabula ταχὺς et βραδύς adhibet, dicens: βραδύς ἀφελήσαι, ταχὺς βλαψαι.* ex quo noster etiam breuius dicere potuisset sic: ταχὺς ἀκίσει, βραδύς λαλήσαι. vti etiam Hor. ep. I. vlt. v. 25. *Irasci celerem.* Cum vniuersa sententia cf. *Sirac. 4, 29. 5, II. sq. 6, 33. sq. 9, 18. sq. Dio O. 32, p. 361. A. εγω δε μαλλον αν ὑμας επηγγεν ΒΡΑΔΥ μεν ΦΘΕΓΓΟΜΕΝΟΥΤΣ εγγρατως δε σιγωντας, ορθως δε διανοομενας Γινω προς ΟΡΓΗΝ μη ΤΑΧΥΤΣ, αλλα ΒΡΑΔΥΤΣ.* *Lucianus Demonact. 51. ερομενω τιη πως αν τις αρισα αρεη; αοργητος, εφη, ων, καυ ΟΛΙΓΑ μεν ΛΑΛΩΝ, ΠΟΛΛΑ δε ΑΚΟΥΩΝ.* *Plut. de aud. poet. 39. B. Diogenes L. Zeno 7, 23. δια τατο β. ωτα εχομεν, στομα δε εν,*

ἵνα πλειω μεν ακωμεν, ἥττονα δε λεγωμεν. cf. quoque Prov. 10, 19. 13, 3. 17, 28.

20. ὀργη ἀνδρός pro ἀνη ὀργιζόμενος. δικαιοσύνη τε θες ex hebr. πῖרץ cum virtutis studium, quo summo numini probari meritaque supplicia effugere cupimus, tum liberationem a suppliciis ipsam, praemiorumque condonationem, tum denique rationem qua Deus homines a suppliciis liberare praemiisque ornare constituit — verbo: religionem omnino significat, (vid. S. V. Koppii exc. 4 in ep. ad Gal.) quo sensu et h. l. accipiendum videtur. ε κατεργαζεται, facere, vel obseruare non solet, vel nequit. hebr. πῖרץ ነשא Pf. 15, 2. cf. *Lucian. parasit 53. ει αγαπαντησις δε ποτε, η οργη αυτε χαλεπον εδε σκυθρωπον εδεν ΑΠΕΡΓΑΖΕΤΑΙ.* vt sensus sit hic: *iratus obseruare non solet virtutis praecepta, vel breuius: ira praeceptorum nescia. Vniuersae haec exprimuntur, sed ex contextu ratione Jacobus hoc potissimum in animo habuit: iratus nequit docere religionem chr. prouti fas est, Deoque probatur.*

δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται.

διὸ ἀπο-21  
δέμι-

21. διο vid. ad ὠσε v. 19. ἀποδεμένοι sc. εσε i. e. ἀπο-  
δεσθε. *fugite, remouete a vo-  
bis.* formula dehortantis sae-  
pius obuia. Col. 3, 8. Eph.  
4, 22. 25. Rom. 3, 12. 1 Petr.  
2, 1. *πασαν ῥυπαριαν* forsitan  
ex mente Jacobi pro παντως  
vel τα παντα την ῥυπαριαν.  
Col. 3, 8. ῥυπαρια, longe  
frequentius ῥυπος, proprie  
denotat sordes 1 Petr. 3, 21.  
*metaphorice* vero vitia, quasi  
animi sordes ῥυπ. dicuntur,  
de quibus et verbum ῥυπαι-  
νεσθαι saepius occurrit. Re-  
spondet hebr. נקט Job. 14,  
4 et נקט Jes. 4, 4. quod  
LXX. utroque loco reddide-  
runt per ῥυπος. Hef. sensu  
eodem ῥυπος vertit αισχρον.  
Opponitur τῷ καθαρῷ vel τῇ  
καρδίῃ καθαρῷ נקט לב Ps. 51,  
12. cf. *Plut.* de prof. virt.  
p. 85. *δηλος* εσιν ἡδη τι ΚΑ-  
ΘΑΡΟΝ κτωμενος ἑαυτῷ,  
καὶ ὁδ' ὁπωστων ἀξίων ΡΥ-  
ΠΑΙΝΕΣΘΑΙ. *Dion. Hal.*  
l. II, p. 689. ΡΥΠΑΙ-  
ΝΟΝΤΕΣ ΑΙΣΧΡΩ βιω-  
τας ἑαυτων καὶ των προγονων  
αρετας. *Philo* de nom. mut.  
p. 1051. D. τις γαρ, ὡς ὁ  
Iωβ Φασι ΚΑΘΑΡΟΣ ἀπο  
ΡΥΠΟΥ καὶ μια ἡμερα  
εσιν ἡ ζωὴ ἀπειρα μὲν εσι τα  
ΚΑΤΑΡΡΥΠΑΙΝΟΝΤΑ  
την ψυχην. *Plura Loefne-  
rus.* Jam vero interpretes  
omnes ῥυπαριαν sejunctim a

caeteris vel pro vitiositate  
omnino accipiunt; vel, vt  
*Storrius*, pro sordida auari-  
tia. Sic *Phanorinus*: ῥυπα-  
ρος αισχροπερδης; sed vtrum-  
que parum ex hujus loci  
contextu. Mihi quidem ῥυπ.  
non minus ac περισσεια jun-  
gendum videtur voci κακίας  
vt ρυπ. κ. fit jedes Schandflek  
von Gehässigkeit, vel i. q. κα-  
κία ῥυπαρια. *schimpfliche, enteh-  
rende Gehässigkeit.* περισσεια  
κακίας pro κακία περισση. πε-  
ρισσειαν vero alii cum περιτ-  
τωματα vel περιττεον confun-  
dunt, alii, *Grotio* praeuen-  
te, ad circumcissionem prae-  
putii superflui (ערה) refe-  
runt, cum qua animi emen-  
datio haud raro a scriptori-  
bus sacris conferatur. con-  
tradicante tamen *Ill. Michaë-  
le*, qui περισσειαν κακίας reddi  
mault: reliquias malitiae,  
nisi potius abundantiae notio-  
nem voc. περισσεια requirat.  
Quare equidem *Loefnerum*  
sequor, qui περισσειαν de ra-  
mis in vite vel arbore abun-  
dantibus, falceque refecan-  
dis adhiberi loco *Philoniano*  
probabile reddidit, de vitim.  
p. 854. B. περιτμενεσθε τας  
σκληροκαρδιας, το δε εσι τας  
ΠΕΡΙΤΤΑΣ Φυσις τε ἡ-  
γεμονικη, ὡς αἱ αμετροι των  
παθων εσπειραν τε καὶ συνη-  
ξησαν ὀρμηι καὶ ὁ κακος ψυ-  
χης γεωργος εΦυτευου, αΦρο-  
συνη,

Θέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ περισσεΐαν κακίας, ἐν  
πραύ-

συνῆ, μετα σπῆδης ἀποκειμα-  
σθε. Sic quoque Latini di-  
cunt *frumenta luxuriosa*. In-  
de περισσῖα et περισσῶν de-  
signat omne *nimum*, omne  
id, quod *justum* excedit mo-  
dum, vt πᾶσα περισσῖα κα-  
κίας sit nostrum: *jeder Aus-  
wuchs von Gehässigkeit*, et  
κακία περισσῖα ἢ q. κακία im-  
modica. (*übertriebene, zu  
weit getriebene Gehässigkeit*).  
Sic et 2 Cor. 8, 2. περισσῖα  
της χάριτος designat *gaudium  
nimium* (*ausgelassene Freude*).  
κακίαν vt syn. voc. ῥυπαρίας  
de vitiositate et malitia omni-  
no intelligunt interpretes  
longe plurimi, accedente in-  
primis *Ciceronis* auctoritate  
qui *Tusc.* 4, 15. κακίαν ex-  
plicat per *consuetudinem al-  
teri nocendi*. Sed, si quid  
video, ex totius loci con-  
textu et inprimis vi oppos.  
πραύτ., κακία h. l. strictiori  
sensu respondet voc. ὀργῆ v.  
19. vt intelligatur *nimia illa  
in docendo iracundia et moro-  
sitas* et ἀποθεμ. πᾶσαν ῥυπαρ.  
ἢ. sit q. ἀποθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ  
παντὰ ΟΡΓΗΝ, ΘΥΜΟΝ,  
ΚΑΚΙΑΝ, βλασφημίαν, αι-  
σχρολογίαν ἐν τῷ σωματι ὑμῶν.  
*Col.* 3, 8. cf. 1 Petr. 2, 1.  
Sic et *Homerus* κακίως pro  
*iracunde* adhibet. e. g. *Il.*  
α, 28.

Ἄλλα ΚΑΚΩΣ ἀΦίει, κρα-  
τερον δ' ἐπι μύθον ἐτέλλε.

ἐν πραύτητι pro συν πρ. πρᾶ-  
ύτης vero ex oppos. ὀργῆ v.  
19. eam animi designat *man-  
suetudinem, qua tradita acci-  
pimus, ab omni contumacia  
et repugnandi cupiditate alie-  
ni*. δεξασθε subint. μᾶλλον.  
δεχομεν vero et ἀποδιδωμε eod-  
em sensu sese accipere sol-  
lent, quo lat. *accipere et tra-  
dere*; vt alterum sit *discen-  
tis* alterum vero *docentis*. δε-  
χασθαι respondet voc. ἀκισται  
v. 19. ἢ. e. μαθανειν, et op-  
ponitur τῷ λαλησαι v. 19. ἢ. e.  
διδασκειν. Simili phrasi προ-  
ηως δεξασθαι του λογον vti-  
tur *Diod.* Sic. apud *Münthe*  
in obs. phil. ad h. l. λογον  
ἐμφοτον. *Oecumenius* intel-  
ligit *rationis lumen quo mala  
a bonis distinguiimus*. De  
hoc ipso autem vix dixisset  
*Jacobus*: του δυναμενον σωσαι  
τας ψυχας ὑμων. Accedit  
quod λογος apud *Jacobum*  
semper sit λογος ἀληθινος,  
*religio chr.* III. *Michaëlis* tropus  
a paxillis repetitum ar-  
bitratur, pronocans ad *Co-  
hel.* 12, 11. vt λ. ε. sit ver-  
bum *infixum, summa mente  
alte repostum*; nisi forte pa-  
rum solennis hic tropus vi-  
deri possit. ἐμφοτος potius  
vel est *innatus, natura insi-  
tus* *Hef.* ὁ ἐν τῇ φύσει. *Suid.*  
το ἐν φύσει (exempla colle-  
gerunt praeter *Westf. Elfne-  
rus* et *Raphelius* in h. l.)  
ita

πραύτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, τὸν δυνά-  
μενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

Γίνεσ-

ita vt λ. ε. fit religio vobis innata i. e. religio tam cognita vobis. vt in ipsam naturam quasi vestram abiisse videatur. Plane vt nos: eine Lehre welche bey euch zur andern Natur geworden ist: vt quod malim λ. εμφοτος i. e. φ. λ. εμφοτουδεις πεφουτευμενος, doctrina vobis quasi implantata, h. animis vestris infixa, quam Barnabas vocat την εμφοτου δωρεαν της διδαχης αυτου. Dicuntur enim apostoli φουτευειν plantare verbum in auditoribus 1 Cor. 3, 6. 7. 8. et ii qui Judaeis praelectam explicabant legem, εμφοσειν αμα την αναγνωσιω. Esrae 9, 48. 55. Quam autem Latini in fitionem vocant, eam Theophrastus, Graeci- que alii εμφοτειων. Prouti et nos de doctrina atque in- stitutione loquuntur verbis a re hortulana repetitis vti solemus e. g. Saamen ausstreuen pro lehren, erndten pro lern- nen. Sensus semper est hic: Quamvis cognita (καπερ εμφ.) vobis fit religionis chr. doctrina, tamen eam, iterum ite- rumque libenter audire, quam ambitiose docere malitis. τον δυναμενον σωσαι pro: δυναται γαρ σωσαι. i. e. felices vos reddere potest doctrina chr. ubi ad emendandum animum ve- strum eam conuerteritis, mini-

me vero rixae illae et conten- tiones in docendo. τας ψυχας ὑμων ex hebraismo solenni pro ὑμας. Similiter Home- rus II. α. v. 3. Ψυχας ἡρωων pro ἡρωας. Maluit vero nos- ter periphrastice dicere ψυ- χας ὑμων, quia felicitas ea, de qua h. l. sermo est, ad animum imprimis spectat. Pos- sint quoque verba δέξασθε — ὑμων, praeunte Storrio, ita accipi: δέξασθε τον λογον τον δ. σ. τ. ψ. ἰ. EAN εμφοτος ειη. vt voc. εμφοτον condi- tionem inuoluat. (cf. Viger. de gr. dict. idiotismis p. 339. n. XVI. ed. Zeunii.) sed, si quid sentio, aliquanto du- rius. cf. cum loco nostro: Jamblichus 5, Pythag. 17. δει ων πρωτον μεν τας ἕλας, τοις ενδιδαιτηται ταυτα τα πα- δη, πυρι και σιδηρω, και πα- σαις μαθηματων μηχαναις εκ- καθαραντα, και ευρομενον τον λογισμον ελευθερον των τοσα- των κακων, το τηρικαδε ΕΜ- ΦΥΤΕΤΕΙΝ τι χρησιμον αυτω' p. ante. απορρηπτομε- νοι σπιλης, τες εν τοις εαθε- σιν αμαω ενγκεκολαμμενεσ εως ποικα — ενσνομεθα ΔΕΚΤΙ- ΚΟΙ των τηης λογων. Cic. Tusc. 25. Cultura autem animi philosophia est, haec extrahit vitia radicibus, et praeparat animos ad satus accipiendos.

22 Γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροα-

22 - 25. Neque tamen acquiescatis in sola audienda religionis christianae doctrina, sed eidem quoque obtemperetis velim: v. 22. alioquin homini similes estis, qui formam suam in speculo contemplatur, deformitates vero, quas animaduertit, corrigere omittit. v. 23. 24. 25. δὲ non igitur, sed autem, nam nexus est hic: discite religionis chr. praecepta, v. 21. non modo autem discite ea, sed et obseruate. ἀκροαται sc. τὰ λόγῃ sunt ii quibus religionis christianae praecepta auribus tantum percepisse sufficit. ποιηται vero, vi oppositi, qui eadem quoque obseruant et ad animum applicant emendandum i. q. ποιων Matth. 7, 21. I Maccab. 2, 6. Sed hoc sensu vox ποιητης, non bene graeca est. Verba potius loco substantiuorum adhibere debuisset Jacobus: ἀλλ ἐκ ακεθε μόνου του λογον, ἀλλὰ καὶ τηρειτε αὐτου. δὲ pro δὲ καὶ ex oppos. & μόνου. παραλογιζομενοι ἐκυτας i. e. ἀλλως vel ἄτως γὰρ παραλογιζομενοι sc. εἶς vel παραλογιζοσθα ἐκυτας. παραλογιζοσθα vero proprie est λογ. παρ ὁ δεῖ vel παρα την ἀληθειαν. sich verrechnen. einen Trugschluss machen: inde decipere, et παραλ. ἐκυτου decipere se. falli. Coloff. 2, 4. i. q. ἀπατην την καρδιαυ

ἐκυτου v. 26. vel πλανων αὐτου I Joh. 1, 8. Sensus est: alioquin vosmetipsos decipitis sc. dum a sola religionis christianae cognitione fructus expectatis eos, quos tamen nonnisi obseruatio ejus praebere potest. Paronomasiam in λογῃ et παραλογιζοσθαυ quaerere, e longinquo petitum videri possit. cf. cum loco nostro Matth. 7, 22. 23. 26. 27. 28. Luc. 6, 47 sqq. Rom. 2, 13 sqq. Ceterum hunc ipsum locum obuersatum fuisse Porphyrio, cum ille scriberet δι' ἔργων ἡμῶν ἡ σωτηρια, & δι' ἀκροασιως λογων Φιλῆς Jac. de Rhoer existimat in notis ad Porphyr. lib. de abstīn. p. 99. Nec non philosophi alii cum Pacuio voluerunt scribi ante templorum portas: odi homines ignaua opera, et philosopha sententia. Seneca epist. 108. Sic ista, inquit, discamus, ut, quae fuerunt verba, sint opera. Et ep. 75. Quando multa discas? quando, quae didiceris, affiges tibi, ita, ut excidere, non possint. — Non est beatus qui scit illa, sed qui facit. Qui secus agebant ex philosophis, eos Epictetus dixit esse φιλοσοφως ἀνευ τῆ ΠΡΑΤΤΕΙΝ, μέχρι τῆ ΛΕΓΕΙΝ. vid. Gell. Noct. Attic. 17, 19.

ἀκροαταί, παραλογιζόμενοι ἑαυτούς. ὅτι εἴ τις 23  
 ἀκροατῆς λόγου ἐστὶ καὶ οὐ ποιητῆς, οὗτος ἔοι-  
 κεν ἀνδρὶ κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως  
 αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ· κατενόησε γὰρ ἑαυτὸν καὶ 24  
 ἀπε-

23. ὅτι abundat. εἰ τις ἀκροατῆς. pro: εἰ τις μόνος ἀκροατῆς. καὶ ὁ ποιητῆς pro καὶ εἴ τις ποιητῆς. h. l. sibi opponuntur, sic et apud Clement. Al. Protrept. p. 31. ἀρετῆς μὲν ΘΕΑΤΑΙ κακίας δὲ ΑΓΩΝΙΣΤΑΙ. εἶτος saluo sensu abesse potest. εἶσμεν, ὁμοίως εἶν. ἀνδρὶ loco ἀνδρωπῶ vel τινι hebr. אִישׁ. Minime vero ἀνδρ. ad solos viros est restringendum, qui vix conspecto speculo abirent, cum mulieres contra speculis diutius inhaerent; ad quas quidem argutias ipsum Grotium descendisse valde miror. κατανοεῖν, κατανοεῖν ex oppositis παρανοεῖν et παρανοεῖν est: imaginem a speculo transeuntibus nobis forte oblatam raptim tantummodo aspiciere. Nos: von ungefähr gewahr werden. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτῆ, non cum Lutero ad solam hominis faciem s. vultum (Ange-sicht) retulerim, sed ad omnem externam corporis formam, vnde πρόσωπον τῆς γεν. αὐτῆ i. e. q. τὸ πρὸς. ἐκ τῆς γεν., γεγεννημενον, γνησιον, s. τὴν γενεσιν αὐτῆ h. ἑαυτον. seine Gestalt, sich selbst, redun-

dante fere voce prosopos, vt in illo προσωπον τῆς γῆς, τῆς θαλάσσης, γῆκη βῆ, οἰκη βῆ. Addidisse tamen videtur Jacobus vocem τῆς γενέσεως, quo magis animi quasi vultui opponeretur. Eustathius in Od. o. p. 663, 25. idem illud προσωπον τ. γεν. eodem, quo nos accepimus, sensu adhibet. καὶ εἶτω μὲν ἡ Πενελοπη οὐκ εἰς διορθωσθαι αὐτῆς, καὶ τὴν εἰκόνα ΤΟΥΤΕΚ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΠΡΟΣΩΠΟΥ διαγραφῆν, εἴτε μεταγραφῆν. Syrus vocem τῆς γενέσεως plane omittit, cuius tamen omissionis causa non tam a varia lectione, quam potius inde repetenda videtur, quod eam non intellexerit, vel redundare putauerit. αὐτῆ sensu plane non mutato cum ad γεν. tum ad προσωπ. referri potest. ἐν ἐσόπτρῳ. ἐσοπτρα vel κατοπτρα veterum non metallica modo, sed et vitrea fuisse satis constat. cf. Plin. hist. nat. 36, 66. Quale tamen speculorum genus Jacobus l. n. in animo haberit ex verbis ejus effici nequit, nec effecisse interest.

24. Vt vocabulo γὰρ solennis sua constet vis, Storrius  
 E 5 cum

ἀπελήλυθε, καὶ εὐθέως ἐπελάθετο, ὁποῖος ἦν.  
 25 ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλυθε-  
 ρίας,

cum Semlero in commate hoc similitudinis apodofin inesse statuunt. Ita: mox enim ille auditor euangelii instar illius, qui faciem in speculo conspiciatur animi faciem ex euangelio cognitam obliuiscitur, quam tamen emendare debuisset, si ex speculo doctrinae fructum percepisse dicendus sit. Sed mihi quidem omnis oratio melius procedere videtur, si ex plurimorum interpretum consensu versus hic ad similitudinem hominis in speculo se contemplantis v. 23. clarius atque distinctius pingendam referatur. κατενοησε sc. ille ipse qui in speculo se animaduertit. Consulto vero repetitum videtur voc. κατενοησε, ex v. praeced. vt additis verbis: καὶ ἀπελήλυθε indicetur, non nisi de leui atque momentanea contemplatione in voce κατενοησε esse cogitandum. γαρ est particula transeundi, vel secundum Semlerum et Storrium causam indicat, cur inter se conueniant αἰροατης λογς, et homo ipse se in speculo contemplantis. Ceterum comparatio iterum in narrationem abiit, quod solenne est Jacobo cf. ad v. 10. 11. Verba vero κατενοησε — ἀπελήλυθε vertam sic: Er be-

merkt sich, sag ich, nur im Vorübergehen etc. εὐθέως in momento, und schon im Augenblicke drauf. ἀπελάθετο ὁποῖος ἦν. obliuiscitur quatenam forma eius erat (wie er ausseh.) adeoque deformitates emendare omittit. Jam vero, vt similitudo ad rem prolatam transferatur, supplenda sunt haec: eodem modo et ΑΚΡΟΑΤΗΣ ΛΟΓΟΥ praeccepta religionis christianae audit quidem, audita vero non obseruat. Vterque adeo manca cognitione non vtitur. Dignus quī huc transcribatur locus Plut. de aud. p. 42. Β. 8 γαρ εκ κερειν μὲν ἀνασαντα δε τω κατοπτρω παρασηναι, καὶ της κεφαλῆς ἀφαστα, την περινοπην των τριχων επισιοπεντα, καὶ της κεραι την διαφοραν· εκ δε αἰροατως απιοντα η σχολης εκ ευθης αφοραυ χρη προς εαυτον, καταμανθανοντα την ψυχην, ει τι των οχληρων αποθεβειμανη καὶ περιπτων, ελαφροτερα γεγονε καὶ ηθιω· ετε γαρ βαλανεισ, Φησι ο Αριων, ετε λογα μη καθαιροντος οφελος εσιν.

25. παρακύπτειν sc. εαυτον proprie est: incuruare se, deinde incuruato corpore et exerto capite quaerere, inuesti-



ρίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπι-  
λισμο-

vestigare aliquid, vt Luc. 24. 12. Joh. 20. 5. et apud I. XX Gen. 26. 8. Prov. 7. 6. et Aristophanem Thesmophor v. 801. inde denique, vt et h. I. sedulo inquirere in aliquam rem i Petr. 1, 12. et apud Lucian Reuivisc. p. 407. κα-  
πειδη μονου παρενυφα ες τα  
ιμετερα — και παραμεινας.  
opponitur τω; απεληλυθε v.  
24. ο δε παρανυφας και πα-  
ραμεινας jungenda sunt sensu  
hoc: ο δε συνεχως και αδια-  
λειπτως παρακωπτει, i. e. qui  
sedulo inquirat etc. Vtrum-  
que vero vocabulum παρακ.  
et παραμ. a speculis, de qui-  
bus modo sermo erat, repe-  
tutum videtur, utpote qui-  
bus faciei accuratius contem-  
plandae causa promi inhaerere  
solemus; inprimis vbi vete-  
rum specula parieti haud affi-  
xa, et maxime aquam limpidam,  
humi ante nos positam,  
animo tibi fixeris: quasi dixisset  
Jacobus: ο δε παρακ.  
εις εσοπτρον λογε τελεια. εις  
νομον τελειον του της ελευθε-  
ριας. νομος in N. T. leges,  
inprimis Mosaicas et totum  
pentateuchum, hinc deinde  
V. T. libros omnes vniuersam-  
que religionem Judaicam  
significat, vnde denique vt  
et h. I. ad religionem chri-  
stianam (λογ. αληθ.) transfer-  
tur cf. S. V. Koppii exc. 3.  
in ep. ad Gal. τελειον vero di-

cunt hunc νομον vocari. quia  
doctrina N. T. perfectam h.  
perspicue et accurate traditam  
contineat voluntatem diuinam,  
non victimis aliisque typis ob-  
scurius adumbratam, sed mi-  
hi quidem arcte jungenda vi-  
dentur νομ. τελ. τ. τ. ελ. vt  
posita sint pro νομος τελειαν  
παρεχων ελευθεριαν. Jam vero  
ελευθεριαν hanc alii ad liber-  
tatem a legibus cerimoniarum  
referunt, vt opponatur τω  
νομω της δελειας alii ad im-  
munitatem a peccatorum sup-  
pliciis per Christum nobis par-  
tam, vt i. fit. q. λογος ευθυ-  
τος δυναμενος σωσαι τας ψυ-  
χας, causas additi hujus epi-  
theti hinc inde arripientes.  
Mihi quidem nonnisi epithe-  
ton videtur exprimendae di-  
gnitati religionis chr. inprimis  
aptum, eo forsan consilio  
additum, ne vox νομος,  
quae exciderat Jacobo, de  
lege Mosaica, de qua maxime  
obuia est, sed de religione  
chr. intelligeretur. Vterque  
adeo sensus verbis subesse  
potest. ετος et h. I. et paullo  
post sententiae vim auget,  
quasi dixisset ετος μονος, και  
εν αλλος, vel τοιστας. ακροα-  
της επιλησμονης, ex hebraismo  
i. q. ακρ. επιλησμων, i. e. ακρ.  
ος ευθεως επιλανθανεται, ο  
ημεσε, et opponitur ποιητ.  
εργων. cf. Xenoph. mem. l. I. I.  
Raphelio citatum. γενομενος  
pro

λησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητῆς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.

26 Εἴ τις δοκεῖ θεῶσχος εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ  
χαλι-

pro γινεται. ποιητῆς ἔργου. ἔργον opponitur voci ἐπιλήσμωνης, et π. ε. i. e. q. ποιητῆς εὐαζόμενος. Vertam: ein thätiger Beobachter. Sensus est hic: qui accurate tenet religionis chr. doctrinam, ipsa hac amphiore et subtiliore ejus scientia ad eandem quoque obseruandam impellitur. ἐν τῇ ποιήσει pro: διατῆς ποιήσεως, vel δια τὴν ποιήσιν sc. τῆ λογῆ, i. e. διότι ποιεῖ, ἢ λογος κελυει. Vetterim: ein solcher fühlt sich unter ihrer Beobachtung glücklich. Non aliena a loco n. Socratis sententia apud Xen. mem. l. i. ὅρω γαρ, ὡσπερ των ἐν μετρῷ πεποιημένων ἑπὼν τῆς μὴ μελετωντας ἐπιλανθανομενας, ἄτω καὶ των διδασκαλων λογῶν τοῖς ἀμελεσι ληθην ἐγγινομενην. ὅταν δὲ των νεθετικῶν λογῶν ἐπιλαθῆται τις, ἐπιλελήσῃ καὶ ἂν ἡ ψυχὴ πασχῆσαι τῆς σωφροσύνης ἐπιθυμει. τετων δὲ ἐπιλαθόμενου εἶδεν θανμαστον καὶ τῆς σωφροσύνης ἐπιλαθεσθῶ.

26. 27. Verum haec ipsa ποιησις τῆ λογῆ sine θεησκειᾷ non in effraenato linguae abusu v. 26. sed in factis cernitur egregiis v. 27. εἰ τις,

arste jungendum cum ἐν ὑμῖν pro: εἰ τις ὑμῶν cf. 3, 13. 4, 1. 5. 13. 14. 19. δοκει sibi persuadet, sibi videtur, wenn jemand wähnt. θεησχος (frequentius θεησκειυτης) Hef. εὐσεβης. δεισιδαιμων. i. q. paullo ante ποιητῆς λογῆ, pius, religiosus (ein religiöser Christ). Syrus et Arabs. ministrans Deo. μὴ χαλιναγωγῶν γλωσσᾶν αὐτῶ i. e. καὶ ὁμῶς ἔ χαλιναγωγῆι γ. εἰ. χαλιναγωγῆιν vero ab equis frenodandis ad linguam cohibendam transferre solent veteres, (vid. Loesnerum et Kypkium in h. l.) plane vt nos: seine Zunge im Zaum halten, nisi forte ex hoc ipso loco haec ipsa loquendi ratio in sermonem quotidianum translata fuerit. Vulgaris formula est κρατειν γλωσσᾶν linguae temperare. Videtur autem Jacobus h. l. non tam nimiam Iudaeorum procliuatatem ad imprecationes, quam ad docendum et ad obtrectandos secus docentes prurimum vt v. 19-21 in animo habuisse. ἀλλ ἀπατῶν καρδιᾶν αὐτῶ sc. ἐσι (vt Hebr. 12, 15. ὑστερων ἦν) ex perpetuo Hebraeorum more, participiis pro verbis finitis vtendi, pro  
ἀλλ

χαλιναγωγῶν γλώσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρ-  
 διαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἢ θρησκεία. *θρησκεία 27*  
*καθα-*

ἀλλ ἀπατῶ την κ. α. i. e. ἔχυ-  
 τον, i. q. παραλογιζομενος  
 ἔχυτον v. 22. sc. eo, quod  
 nimiam docendi licentiam, et  
 linguae intemperantiam pro  
 vera θρησκεία habet, quae  
 tamen nonnisi factis egregiis  
 conspicua est. Jam vero S.  
 V. Carpxouius cum Benfano  
 verba ἀλλ — αὐτς ad apodo-  
 sin referunt ita, vt ἀλλὰ sit  
 sane, profecto, hebr. כן, et  
 sensus prodeat hic: profecto  
 iste decipit semetipsum; sed  
 vt praeteream hoc, rarissimam  
 esse hanc vocis ἀλλὰ signifi-  
 cationem, vocabulo τῆς clare  
 distinguitur apodosis a pro-  
 thesi, ita, vt verba ἀλλ — αὐ-  
 τς aperte ad prothesin sint  
 rejicienda. Quodsi vero jam  
 inde a verbis ἀλλ etc. inci-  
 pere debuisset apodosis, Jaco-  
 bus certe accommodate ad  
 τῆς etc. ita dixisset; ἔτος  
 ἀπατ. τ. κ. α., καὶ μάταιος  
 εἰν ἢ θ. αὐτς. cf. v. 25.  
 vbi ἔτος — ἔτος eodem mo-  
 do sese excipiunt. τῆς pro  
 τοῖς. θρησκεία i. q. εὐσε-  
 βεια pietas, cultus diuinus  
 omnino, quippe de quo verba  
 θρησκείω et σεβουαῖ inprimis  
 adhiberi solent. μάταιος sc.  
 esi. Ejusmodi hominis pie-  
 tas inanis vel vana, i. e. falsa  
 est, vel fructu h. e. factis  
 caret. Posterius contextus

ratio inprimis requirere vi-  
 detur. cf. v. 27. et tunc ver-  
 terim: thatenlose Frömmig-  
 keit. Ceterum haec verbo-  
 rum constructio majorem ha-  
 bet vim, ac si dixisset Jac.  
 τῆς ἢ θρησκεία μάταιος εἰσι.

27. θρησκεία subint γαρ.  
 καθαρά καὶ αἰκίαντος, sunt  
 fyn. et opponuntur voc.  
 μάταιος v. 26. sincera et ge-  
 nuina religio, vel religio ab  
 omni superbia, quae nimiae  
 isti ad docendum procliuatati  
 forsan suberat, aliisque vi-  
 tiis remota. παρα τῷ θεῷ  
 hebr. יהוה בניו vel יהוה יבני  
 ex ipsa Dei sententia, Ad-  
 ditur hoc, quo magis verae  
 θρησκείας notio exhauriretur.  
 καὶ πατρι subint. παντων vel  
 ἡμων. αὐτῃ, pro τοιαυτῃ,  
 per se quidem redundat, sed  
 ad orationis grauitatem facit,  
 vt ἔτος v. 25. επισκεπτε-  
 σθαι proprie est visere, visita-  
 re, deinde vt et h. l. pro-  
 spicere providere omnino.  
 επισκ. vero ponitur pro sublt.  
 επισκοπη. ορφανες καὶ χηρας  
 ex hebr. יתומים ואלמנות pro  
 hominibus infelicissimis omni-  
 no Pl. 68, 6. et saepissime alibi.  
 αὐτῃ εἰν επισκ. etc. pro αὐτῃ  
 κατεχεσθαι εν τῆς, ὅτι επι-  
 σκεπτωμεν ορφ. κ. χηρ. ε. τ.  
 θ. κ. καὶ εν τῆς ὅτι ασπι-  
 λης

καθαρά καὶ ἀμίαντος παρὰ Θεῷ καὶ πατρὶ, αὐτὴ  
 ἐστίν, ἐπισκέπτεσθαι ὄρφανούς καὶ χήρας ἐν τῇ  
 θλίψει αὐτῶν, ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ  
 κόσμου.

II. Ἀδελφοί μου, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε  
 τὴν

λες τηρωμεν ἑαυτας α. τ. κ.  
 ἀσπιλος Hef. καθαρος, ἀμωμος  
 i. q. ἀμιαντος. Eph. 5, 27.  
 et ἀσπιλον ἑαυτου τηρειν pu-  
 rum se conservare. Philo de  
 Abr. p. 365. B. ΔΙΑΤΗ-  
 ΡΕΙΝ αὐτην ἀγνότητου. ἀπο  
 τε κοσμου praecipue significa-  
 tiones vocis κοσμος in N. T.  
 hoc potissimum ordine sese  
 excipere videntur, vt proprie  
 sit ordo, inde mundus, in-  
 primis vero terra et res ter-  
 renae omnes, quippe in qui-  
 bus summus cernitur ordo.  
 Hinc ad homines omnino, po-  
 tissimum vero ad homines im-  
 probos in N. T. restringitur.  
 Jam vero alii verba ἀσπ. —  
 κοσμος vertunt: fugere omnem  
 cum improbis consuetudinem,  
 alii vero, purum se servare a  
 rebus terrenis i. e. a nimio  
 rerum terrenarum siue divi-  
 tiarum amore; quae quidem  
 explicatio cum cohortatione  
 illa, vt viduis orphanisque  
 succurrant, arctius cohaerere  
 videtur. Ceterum vero exi-  
 miae quaedam virtutes h. l.  
 pro pietate christiana vniuersa,  
 quatenus in factis egregiis cer-  
 nitur, (nos: thätiges Chri-

sentium) positae sunt. Digna,  
 quae huc transcribatur *Isochr.*  
 ad Nicocl. sententia: ἡγχα γετο  
 ειναι θυμα καλλιστον καὶ θε-  
 ραπειαν μεγαλην, εαν βελτιστον  
 καὶ δικαιοτατον σεαυτου πα-  
 ρεχης.

Cap. II. 1-14. Jacobo in  
 fine Cap. praec. Christianos  
 hortanti, vt pauperibus in-  
 primis prospicerent, turpe il-  
 lud partium studium quo di-  
 vites pauperibus praecipue in  
 synagogis praeferrī solebant,  
 in mentem venisse videtur, a  
 quo jam nunc dehortatur  
 Christianos. προσωποληψια,  
 προσωποληπτειν, et προσωπο-  
 λεπτης ab Hellenistis forman-  
 tur ex hebr. ענין נפש vel  
 ענין נפשו ad verbum trans-  
 latis. προσωποληψιας autem  
 vocabulum, passim in N. T.  
 Rom. 2, 11. Eph. 6, 9. Col.  
 3, 25. nullibi autem, si bene  
 memini, apud LXX. occur-  
 rens, dicitur vitium illud,  
 dum fauemus alicui, propter  
 formae vultusque pulchritudi-  
 nem, vestium splendorem, di-  
 vitiarum multitudinem, siue  
 omnino propter externam quan-

την πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς  
δόξης.

quandam dignitatem, neglecto eo qui hisce destituitur. Plurali autem forma vititur Jacobus, quatenus hoc vitium vel a pluribus, vel in pluribus committebatur. πισιν eodem sensu quo C. I, 3. et πισιν τε κυρις pro πισιν εις τον κυριον. Totus vero locus μη τε κυρις varie reddi potest. Alii εχειν pro κατεχειν suppressimere, impedire accipiunt, (nec id contra omnem usum loquendi N. T. cf. 2 Thess. 2, 6.) ut sensus prodeat hic: non suppressimere religionem chr. profopolepsia fouenda (εν προσωπ. pro δια προσωπ.) ita ut vim saluberrimam in vobis exserere nequeat: (nisi forte contextui magis conuenienter sensus constitueretur sic: non suppressimere rel. chr. ambitiosa hac hominum ditiorum veneratione, ita ut pauperes a nobis spreti eam deserant.) Alii, μη interrogatiuum putantes εχετε pro εχειν δυνασθε accipiunt, sensu hoc: potestisne fratres, si partium studio ducamini, fiduciam collocare in Domino nostro? Facilior tamen mihi quidem videtur ratio ea, cum tota formula μη — πισιν resoluitur sic: μη κατεχετε την προσωποληψιαν εν (i. e. αμσιν) πισι i. e. μη εχετε την πισιν, vel μη πισευετε, και ομως προσωποληψιαιτε. Behaltet jetzt bey der

christlichen Religion nicht eure ehemalige Partheylichkeit bey. Sic quoque Rom. I, 18. την αληθειαν εν αδικια κατεχειν, ponitur pro: εχειν την αληθειαν, και ομως αδικον εινα, et 2 Tim. I, 13. εχειν υποτυπωσιν λογων υγιαιν: εν πισει κ. αγ. pro: εχειν και πισευειν αυτοις και απαταιν αλληλων της δοξης, quo referendum sit, male habet interpretes. Potiora sunt haec: Syrus junxit την πισιν της δοξης. Nescio an intelligi voluerit fidem, qua quis gloriatur. Itala antiqua, et qui eam sequuntur, της δοξ. referunt ad προσωπ. ut sit, admiratio cultusque hominum secundum externum splendorem. Sed haec nimio interuallo inuicem se juncta videntur. Plerique tamen τον κυριον της δοξης jungenda censent, ut sit: τον κυριον ενδοξου, augustum, veneratione dignum. I Cor. 2, 8. 2 Cor. 3, 9. quorum tamen nonnulli ante της δοξης animo repetendum esse existimant: ανδρα (vel rectius fortasse απο τε κοινης vocem κυριον,) ne duo genitini, ημων et της δοξης cum eodem substantiuo, nulla intercedente copula, jungantur, (nam varians illa lectio codicis alicujus, in quo Polus κυρις repeti existimat, nullibi profat.) Sic jam Arabs in Polyglottis editus:

2 δόξης. εἰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν  
 ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἑσθῆτι λαμπρᾷ,  
 εἰσέλ-

tus: Domini nostri I. C., Domini gloriae. Sed post interposita ἰησοῦ χριστοῦ jure omittitur copula, inprimis cum verba τῆς δόξης adjectiuvi loco posita sint, nam quid quaeso sibi vellet: τὴν πῖς, τ. κνρ. ἡμ. I. X. ΚΑΙ τῆς δόξης? nec video, cur non euitandi hujus offencicili causa, si quod est, τῆς δόξης proxime cum I. X. jungatur.

2-4. Exemplo illustratur, quale προσωποληψίας genus Jacobus h. l. in animo habeat. γὰρ, verterim: *exempli gratia*. συναγωγή vsu quidem receptum est pro coetu Judaeorum hebr. כנע, כנע, כק, לכה, מכה, חיה. sed hinc quoque cum ad coetum Christianorum ipsum tum ad locum illum in quem hic coetus cogebatur, transfertur, nam honoratiora et viliora commemorantur subfellia. Praeter hunc locum vox συναγωγή quidem hoc sensu haud amplius occurrit, sed quidni, suadente orationis serie, vocabulum hoc, vt multa alia, a Christianis e Judaeis conuersis (quales in hac ep. intelligendi sunt,) ad sacra sua translatum esse statuamus? (vid. proleg.) Non differt igitur συναγωγή h. l. ab

εκκλησια 5, 14. επισυναγωγή Hebr. 10, 25. προσβυχη Act. 15, 11. 16, 13. Christiani vero priores, templis soli cultui diuino destinatis adhuc carentes, in priuatorum conuenerunt domibus e. g. Corinthi in aedibus Caji Rom. 16, 23. (Ejusmodi ecclesiae dicebantur εκκλησια κνρ οικιας. Rom. 16, 4. 1 Cor. 16, 19. Col. 4. 15. Philem. 2.) Post Judaeos autem maximam partem conuersos (vix autem iam Jacobi aetate) synagogas quoque Judaeorum Christianis dedicatas esse conuentibus probabile est. cf. *Vitringa* de synag. Vet. I, 3. 2. p 448. sqq. Jam vero *Hammondus*, et qui eum sequuntur, *Herderus*, *Storrius*, alii, vocabulis προσωποληψια v. 1. ὑποποδιον v. 3. κριται v. 4. κριτηριον v. 6. (neutiquam tamen, ad solos *judices* restringendis vid. ad comm. ipsa.) adducti h. l. synagogam non tam *Dei colendi*, quam *controversiarum inter Christianos exortarum*, *dirimendarum causa* conuocatam, intelligendam esse existimant. Sed quamuis iudicia ciuilia Romanorum indulgentia salua manserint Judaeis, poenasque leuiores a reis sumere in synagogis ipsis licuerit; (*Matth.*

εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι,  
καὶ

10. 17. 23. 34. Act. 22. 19. 26, 11. Marc. 13, 9.) eandem tamen potestatem Christianis etiam, et praecipue iis, qui ex ethnicis conuersi erant, factam esse, ex I Cor. 6, 1-6. vbi de solis arbitris, qui inter fratres et fratres iudicare possint, sermo est, vix certo colligi potest. Accedit, quod Iacobus, si de accusatis vel reis locus intelligi deberet, nimis generaliter pronuntiaffet illa: *ἐὰν εἰσελθῇ εἰς τ. συναγ. ἀνηρ.* etc. Quare nos quidem *synagogam ad sacra Christianorum celebranda coactam* h. l. intelligimus. *ἀνηρ* pro *τις* vid. ad I, 23. *ἀνηρ χρυσοδακτυλιος* i. q. *δακτυλιος χρυσοῦς φορεῖν* vel *εἶχων*. *qui digitos annulis aureis ornatos habet.* Eleganter Iacobus hoc vocabulum composuit ad instar *χρυσόχειρος Luciani* (Tim. p. 100.) et *ροδοδακτυλον Homeri* (Il. v. 477. et alibi.) *ἐν ἐσθῆτι λαμπρῇ*. *λαμπρός* dicitur quisque *color splendidus* seu *fulgidus*, siue sit *ruber* Luc. 23. 11. siue *albus*, siue *alius generis*. Hoc sensu *Plutarchus* Stephano citatus alicubi dicit: *τηνοῦΘαλιαν* προς ἀπαν το *ΛΑΜΠΡΟΝ* εὐταρασσεῶσαι. De vestibus autem vbi usurpatur, imprimis vbi, vt h. l. τῷ ῥυπαρῷ opponitur, *album* potissimum colorem

designat, cui h. l. *honoris* inest significatio, quia *ἀγῆρ* — *ἐσθῆτι* ad *αὐθροῦς* πλεῖσι *περιφρασί* spectant. *Thom. Mag.* *λαμπρᾷ ἐσθῆτι*, inquit, *καλλίον λαγεῖν ἢ λευκῇ*. *ἐσθῆτις λαμπρᾷ* igitur i. e. q. *ἐσθῆτις λευκῇ* (qua induti ad sacra accedere solebant veteres. Apud *Theophyl.* Charact. cap. 21. qui sacrificauit Matri Deum *παρσκευασμένος λαμπρὸν ἱματίον* incedit, vbi plura dabit *Casaub.* *Tibull.* l. 2. eleg. 1. v. 13.

Casti placent superis pura cum veste venito.) *ἐσθῆτις ῥυπαρᾷ*, ex lege oppositi, est *vestis sordida* i. e. *villis*, *abjecta*. Eodem sensu *Philo* *λαμπ.* et *ῥυπ.* sibi opponit, de *Jos.* p. 541. D. οἱ δὲ ἀποκειραντές καὶ ἀντι ΠΤΗΩΣΗΣ ΔΑΜΠΡΑΝ ΕΣΘΗΤΑ ἀντίθεντες -- *εἰσαγάσσι* προς βασιλεῶ. et *Artemidor.* 2, 3. *κεῖ δὲ αμεινον καδρα καὶ ΔΑΜΠΡΑ ἱματία εἶχεν*, καὶ *πλυνάμενα* καλῶς, ἢ ΠΤΗΡΑΡΑ καὶ ἀπλυτά. cf. *Jos.* a 7, 11. 3. Jam sunt qui diuitem illum et pauperem *Christianos* fuisse negant, quia v. 5. Iacobus contendat: *Deum pauperes huius mundi elegisse vt fide diuites et haeredes regni sui fiant*; quo quidem dicto moneret *Christianos*, vt pauperem non minus quam diuitem profelytum

3 καὶ ἐπεβλέψατε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἰσοθῆτα τὴν  
λαμπράν, καὶ εἶπτε αὐτῷ „Σὺ κἀθου ὧδε καλῶς;“,

καὶ

tum euangelii facere studeant. Idem colligunt ex v. 6. et 7. ubi *diuites*, ait, *potentia sua abuti ad opprimendos Christianos, illosque rapere ad tribunalia et conuiciis nomen Christi laedere.* Ejusmodi sane diuites Christo nomina daturus non fuisse arbitrantur. Sed v. 5. nexum sententiarum longe alium constituendum, et v. 6. 7. de aliis diuitibus ac v. 2. cogitandum esse, mox ad haec commata ipsa demonstrandi locus erit.

3. ἐπιβλέψατε suppl. εἰ.  
ἐπιβλέπειν vero h. l. emphaticè sumendum est, ut sit: *cum admirationis seu reuerentiae sensu intueri.* Lat. *susplicere*, hebr. *נשׂוּ עַל* — *לְחַמְּרָא*, pro *ἐπὶ τὸν πλεσιον*. Σὺ κἀθ. κ. τ. λ. In toto hoc loco supponendum videtur, in ecclesiis Christianorum, ad instar synagogarum Judaicarum, (*Vitringa de Syn. Vet. l. I. c. 9.*) distincta fuisse subfelia alia aliis honestiora, et jam Jacobi aetate, saltem inter eos, ad quos haec scribit, adfuisse in ecclesiis diaconos aliosue, qui satribus praecipue aduenis — *den besuchenden Brüdern* — (de quibus et h. l. sermonem esse puto, quia fratres indigenae subfel-

lia ἡλικία vel ταξίει suae destinata haud dubie jam none-rant,) loca assignarent, et quidem priora eaque honestiora diuitibus, qui veste splendida se commendarent, inferiora vero, adeoque minus honesta, pauperibus, qui nil prae se ferrent externi splendoris, assignarent, nisi ipsos adeo ad ὑποποδιον doctorum ablegarent. *Auctor saltem Const. apostol. l. 2. c. 56.* ordinem quemdam sedendi vel standi postea in ecclesiis receptum ita describit: *Juniores seorsum sedeant, si locus sit; alioquin stent recti, aetate vero profectiores sedeant ἐν ταξίει.* Sed τα παῖδια εἰσὶτα patres eorum aut matres secum habeant; porro adolescentulae sint seorsum, si locus fuerit; sin secus, stantur pone mulieres — virgines, viduae, anus — *Diaconus stet locis prouisurus, ut unusquisque ingrediendum locum proprium occupet, nec in introitu consistant.* Itaque Jacobus h. l. vitio illi jam tum temporis inualescenti, quo προεδρία non ex virtutibus sed diuitiis concedebatur, occurrere studet. Eodem spectat consilium illud C. Caesari olim datum: *ergo imprimis auctoritatem pecuniae*



καὶ τῶ πτωχῶ εἶπτε: „Σὺ στήθι ἐκεῖ, ἢ κάθου  
ὦδε

euniae demito: neque de ca-  
pitate, neque de honore ex co-  
piis quisquam magis aut mi-  
nus judicaverit: neque Prae-  
tor neque Consul ex opulentia,  
verum ex dignitate creetur.  
σὺ ἐστὶ δεικτικόν. ὦδε hic, lo-  
cum propiorem significat,  
(hier oben an) καλῶς hono-  
rifice datum, pro ἐν τῷ τῷ  
καλῶ f. ἐνδοξῶ τοπῶ. (an die-  
sen ehrenvollen Platz.) ἐστὶ  
opponitur τῷ: καθε. ἐκεῖ il-  
lic, vi oppos. ὦδε locum  
remotiozem indicat, (dort un-  
ten hin.) ἢ καθεῖτα ita circum-  
scripserim: ἢ, εἰς δεξιὰ κα-  
θεζεσθῶ. καθε. Oder wenn  
du ja sitzen willst, so setze  
dich etc. ὑπο υποποδιον. vel  
ἐπὶ f. ἐν τ. ὑπ. in scabello  
ipso, vel infra scabellum hu-  
mi, vt spectet ad morem Ju-  
daeorum, quo discipuli, hu-  
mi in panno expanso ad pedes  
magistrorum sedentes praecep-  
ta eorum accipere solebant.  
Sic ad pedes Jesu sedebat Ma-  
ria Luc. 10, 39. Paullusque  
juuenis ad pedes Gamalielis  
Act. 22, 3. Dignus qui con-  
feratur locus const. Apost. 1.  
2, c. 58. in quo tamen con-  
scribendo an, et quatenus  
auctor ad locum nostrum re-  
spexerit lectorum iudicio equi-  
dempermitto: „Quodsi, cum  
„sedetur, vir quispiam super-  
„venerit honestus et in seculo  
„clarus, siue ejusdem regio-

„nis: tu, Episcopo, dum de  
„Deo sermonem habes ad ple-  
„bem, aut dum audis eum  
„qui psallit, vel legit, ne  
„per acceptionem personae  
„relinquas verbi ministerium,  
„vt illi locum inter primas  
„sedes constituas: verum  
„quietus mane, nec inter-  
„rumpe sermonem tuum vel  
„auditionem. Fratres vero  
„eum per diaconos recipiant:  
„atque si locus desit, diaco-  
„nus omnium iuniozem pru-  
„denter, non autem prae-  
„fracte loco mouens, hono-  
„ratum illum sedere faciat:  
„cui aequum est vt alter fra-  
„ternae caritatis studiosus ce-  
„dat sponte. Quodsi renue-  
„rit, vi motum post omnes  
„colloca, quo etiam caeteri  
„discant honoratioribus con-  
„cedere. Cum autem pau-  
„per, vel ignobilis, vel pe-  
„regrinus, isque senex aut  
„juuenis, interuenerit, sedi-  
„bus occupatis, iis quoque  
„diaconus ex toto corde lo-  
„cum faciet: vt non gratifi-  
„catio ejus homines spectet,  
„sed Deo acceptum fiat mi-  
„nisterium ejus. Vid. Co-  
„telerii patres apostol. Vol. I.  
p. 266. 267. Plut. de Adul.  
p. 58. C. ἔρχου εἰς αὐτὰς  
ἑδρας τε τὰς πρῶτας ἐν κηρο-  
σσοῖσι καὶ θνατοῖσι καταλαμ-  
βανοντάς, εἰς ὅτι τῶν κρείτ-  
των αὐτὰς, ἀλλ' ὅπως ὑπεξάν-  
F 2 εαμε-

4 ὡς δὲ ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου, — καὶ οὐ διεκρί-  
θητε

## VARIÆ LECTIONES.

4. καὶ prius omittunt A. C. 14. 38. Syr. utraque, Eyp. Copt. Aeth. Vulg. corb. Aug. Cyr. Antioch. Oecum. probb. Millio prol. 1393. dissent. Bengelio atque Griesbachio. Omissio forsan inde orta, quod scribae sensum vocis non satis intelligerent.

ἐκαμενοι τοις πλῃσιον, κολα-  
νευωσι.

4. Variè hoc comma cum antecedentibus *jungi* et explicari solet. Potiora huc redeunt. *Jo. Aug. Ernesti* in *Bibl. Th.* Vol. 7. p. 11. ante ε διεκρ. et εγεν. eodem modo, ut ante επιβλ. et ειπ. v. 3. εαν supplendum esse existimat, ita ut v. 2. 3. 4. protasin contineant, et post v. 4. apodosis mente supplenda sit fere hæc: κακως ποιειτε, quemadmodum additum sit v. 8. καλως ποιειτε. Obstat tamen forma indicatiua verborum διεκρ. et εγεν. cum qua εαν saluis grammaticae praeceptis *jungi* nequit. *Alii*, iique plurimi, partic. καὶ initio hujus commatis vel reprobantes vel retinentes, versu hoc commatum 2 et 3 apodosis contineri arbitrantur. Quo minus tamen ita *jungam*, obstat prius καὶ ex argumentis criticis haud rejiciendum. (vid. var. lect.) Quare mihi quidem hoc comma vel omnino non cum antecedentibus *jungendum* videtur, ita ut post v. 3. apodosis quaedam,

siue ea quam *Ernesti* post v. 4. dènum suppleri voluit, siue alia subintelligenda sit: vel, si *jungendum* est, quod praefero, anacoluthon, quod vocant, e nimia protaseos longitudine, siue ex animi ardore, quo, προσωποληψιαν hanc describens corripiebatur Jacobus, oriundum, in verbis latere existimauerim; (vid. versionem nostram) quamobrem lineolam transuersam more nostro in fine v. 3. posui. Vtrum vero hoc comma cum interrogatione enuntiaueris nec ne, sensum plane non mutat. Sunt quidem qui interrogationem ob vocem καὶ h. l. admittendam esse negant, sed saepius καὶ (γὰρ etiam Matth. 27. 23.) interrogationis exprimit vehementiam ut. lat. *en, igitur, vero*, nostrum *nun, aber* etc. e. g. Luc. 10, 29. ΚΑΙ τις εστι με πλησιον; *ecquis igitur, vel ecquis vero* est propinquus meus? Nun *wer ist denn aber mein Nächster?* Xenoph. *Cyrop.* l. 4. p. 72. εφη, ΚΑΙ πως εγω ευρησω εκεινυς. (vid. *Kypke* in Luc. 10, 29. *Krebs* et *Loesner* ad Marc. 10, 26.)

Prae-

Ἰτα ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν  
 πονη-

Praefero equidem interrogatiue hunc v. enuntiari, quod Cap. hoc affectu plenum interrogationibus abundat. Ipsa vero hujus loci interpretatio a vi vocis διακρινεσθαι pendet, quam alii reddunt ad verbum judicari, condemnari (κατακριν.) vt sensus prodeat hic: an non statim judicamini in animis vestris, dum ipsi de aliis judicatis? i. e. an non statim reclamatur animus vester et tacite condemnatum factum vestrum? S. V. Storr, eandem verbo διακρινεσθαι vim tribuens, alterum καὶ, vt interdum ἡ hebr., per quod, et ἐν ἑαυτοῖς per a vobismetipsis reddit, vt sensus sit: Nonne iudicati estis a vobismetipsis, quod euaseritis iudices prauis? Impotente illa diuinitis admiratione ipsi prodidistis, quales iudices sitis, et quam iusta a vobis expectari queat sententia. Alii, διακρινεσθαι vertunt haesitare dubitare, (quasi in diuersas partes trahi), vel disceptare, quia haec inter se sunt conjuncta, nam qui dubitat, seculum quoque disceptat. Tunc sententia eo redit: Et non dubitastis apud vosmetipsos? i. e. nullusne adeo scrupulus nullaque dubitatio mentibus vestris injecta est, quo nimis tam temere ad praefarendum splendidiorem hominem tenui-

ori abripiamini? cf. c. 1. 6. Marc. 11. 23. καὶ μὴ διεκριθῆ ἐν τῇ καρδίᾳ ἑυτε. Rom. 4. 10 & διεκριθῆ τῇ σπιρίτῳ. 1 Cor. 14. 29. LXX. Ez. 17. 20. 20. 36. Confirmatur haec significatio Hesychie auctoritate διεκριθῆ explicantis per εὐρισθῆ, εἰσαζῆν, εὐλαβῆθῆ. Quae quidem hujus loci interpretatio mihi quidem cum N. T. et imprimis hujus epistolae (c. 1. 6. 3. 17.) loquendi vsu maxime videtur consentanea. Alii denique διακρινεσθαι actiue reddunt per discernere, alterum alteri praeferre, sed discrimine iniusto et illegitimo, vt Horatianum illud: secernere populo Od. 1. 1. 32. cf. Act. 15. 9. 1 Cor. 11. 29. Jud. 22. et magnam exemplorum copiam actiuae significationis verbi passiuī διακρινεσθαι sensus congeffit in lect. Lucianeis l. 2. c. 15. p. 247. Tunc sensus oritur hic: nonne partibus nimis addidisti alterum alteri in animis vestris posthabebitis? Perit autem interrogatio, sensu ceterum non mutato, si, quod plurimi praecipiant, hanc interpretandi rationem ineuntes, verba καὶ & (vtique tamen retinenda, vid. var. lect.) omiseris. S. V. vero Knappius ἐν ἑαυτοῖς, ne frigide addita fiat, pro ἐν ἀλλήλοις 1 Thess. 5.

5 πονηρῶν; Ἀκούσατε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, οὐχ

δ

13. *Ind. 20 accipiens, vertit: nonne discrimen facitis inter vosmetipsos? Maius tamen in seutois accipi pro εν καρδιῶν Marc. II. 23. quod, vt εν Φρεσι apud Homerum, saepissime abundat. Sic et Cicero Off. l. i. c. 32. Hercules, ait, diu secum multumque dubitasse, utram viam ingredi melius esset? και εγνεσθε κριται διαλογισμων πονηρων. κριται h. l. non sensu judiciali s. forensi accipiendum videtur, sed κριται ex propria vocabuli significatio- ne hic dicuntur ii. qui discernunt, vel aestimant. Sic et nos: In der Sache kann ich nicht Richter seyn oro: die Sache kann ich nicht beurtheilen, κριται εγνεσθε paronomasiae causa cum διεκριθητε positum et i. e. videtur q. διακρινετε. διαλογισμοι hebr. חזקתו s. חזקתו dicuntur omnino ratiocinationes s. cogitationes: διαλ. πονηροι vero h. l. perversa ista sunt principia, dignitatem alicuius externo splendore metiendi. κριται διαλ. πον. iudices prauarum cogitationum, ex hebraismo sunt κριται quasi ΕΚ διαλ. πον. qui iudicant secundum praua principia, iudices male ratiocinantes, ex vestitu nimirum ad animum. i. e. κριται πονηροι vel κρ. πονηρος s. αδικως διαλογιζομε-*

*νοι. Bene Oecumenius αδικως κριται τη πονηριᾳ εν προσωποληψιας προσθεμενοι. κριται εν. διαλ. πον. igitur i. e. q. πονηρος διακρινετε. και vero reddendum est vel per οτι vt hebr. 1 Gen. 47, 6. in vna, vel per εν. Verterim: Aber sehet ihr dann so gar nicht bey euch (εν εαυτοις) an, und beurtheilet andre i. e. dafs oder wenn ihr andre nach so ungerechten Grundsätzen beurtheilet? Jam και ε — πονηρων posita videntur pro: και εν αδικωτως και πονηρος διακρινετε εν εαυτοις; Wetsteinio vero et Elsnero κριτην γνεσθε, πραγματος τιμος est: approbare aliquam rem, locum nostrum reddentes sic: et sine nulla dubitatione apud animum vestrum statuistis, et iniquas istas cogitationes approbastis: prouocante utroque ad Polyb. p. 846. διοπερ ηξιων τον Ποπλιον αυτον ΚΡΙΤΗΝ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ. Qui tamen locus, cum longe alium sensum admittat, ad hunc versum explicandum vix quicquam facere videtur.*

5 - 7. Jam id agit Jacobus, vt argumentis demonstraret, quam iniquum sit illud partium studium, cum illi ipsi pauperes, quos contentui habeant, Deo, qui ab

ὁ Θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου,  
πλου-

## VARIAE LECTIONES.

5. τούτου post κόσμου omittunt A. C. 4. 13. 15. 18. 19. 25. 26. 27. 31. 36. 40. 61. al. 19. Ed. Syr. utr. Arr. Copt. corb. Euthal. Oecum. in comment. εν τῷ κόσμῳ 27. 43. εν τῷ κόσμῳ τούτῳ 29. Vulg. Aug. Lectio τούτου ni fallor inde orta, quia κόσμος hoc nexu ex hebr. היה ענין cum pronomine עותס alias jungi solet vid. annotat.

ab omni cupiditate alienus fit, imprimis cari et accepti, diuites vero, quos summo honore prosequantur, ii ipsi sint, a quibus Christiani acerrime vexarentur. Non improbabili Semleri sententia, Jacobum h. l. respexisse ad Matth. 5. 3. f. 11, 5. Luc. 4. 18. ἀνεσάτε ἀνὴμιν ἀττὲν-  
dite Matth. 11, 15. \*χ h. l. partic. interrog. \*χ ἐξελέξατο. ἐκλεγεσθαι cum connatis εὐλογία et εὐκλετος (non minus ac καλεῖν, κλησις, κλημενος) ad imitationem voc. hebr. בחר, בחר, (אק), quibus Hebraei dignitatem illam, quae ipsis prae aliis gentibus contigit, ut essent populus Deo imprimis carus, exprimere solebant, Ps. 105, 6. Jes. 45, 1. 2. a scriptoribus N. T. omnibus adhibetur tum ad exprimendum insignem benevolentiam div. omnino Luc. 23, 35. tum praecipue beneficium religionis chr., cum eaque conjunctam felicitatem in regno Messiano olim obtinendam. Eph. 1, 4. 1 Theff. 1, 4. Sensus vterque h. l.

obtinere potest. Verterim: nonne in peculium quasi sibi adsciuit pauperes? πτωχοις i. e. καίτερο πτ. quamvis pauperes, vel potius αὐτεσ τ. π. ipsos pauperes. grade die Armen. πτωχοις τσ κοσμου vel i. q. πτωχ. κατὰ τον κοσμου παυπεροι qui vulgo ab hominibus tales habentur dicunturque, quo magis in oculos incurrat oppositum πλοισ. εν πισει, vel loquendi vsui et oppos. βασιλειας magis conuenienter i. q. πτ. εν τῷ κοσμῳ τούτῳ, quod etiam in codd. quibusdam exstat. (vid. var. lect.) diuites in hoc mundo vid. ad 1, 27. h. εν τῷ αιωνι τστω, (היה ענין) in hoc aevo viuentes; hoc nexu enim κοσμος et αιων (ענין), κοσμος ετος et αιων ετος, ό νυν κοσμος et ό νυν αιων in N. T. promiscue adhiberi solent. cf. 1 Tim. 6, 17. πλοισις EN TΩ ΝΥΝ ΑΙΩΝΙ 1 Cor. 1, 20. σοφιαν τσ ΚΟΣΜΟΥ ΤΟΥΤΟΥ quam Paulus Cap. 2, 6. vocat σοφ. τσ ΑΙΩΝΟΣ ΤΟΥΤΟΥ et, quod Jacobi verbis simillimum est,

πλούσιους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας ἧς ἐπηγγέλματο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; ὑμεῖς

est, τα ἀγενη τε ΚΟΣΜΟΥ καὶ τα ἐξεδειγμένα ἐξέλεξατο ὁ Θεός I Cor. I, 28. Caue tamen, ne ex singulari hoc atque promiscuo vsu loquendi colligas, κόσμον jam nunc temporis, et aeterna mandum ipsum significare. cf. S. V. Koppii exc. I, in ep. ad Gal. πλεσις ἐν πίστει suppiendum est εἰναι, στομενος, οὐτως, γενεσθαι. Conuenit cum loco n. alter Pauli ad Rom. 8, 29. προωρισε συμμορφως της εικονος υἱε αυτε pro eis το εἰναι vel γινεσθαι συμμορφως. Post ἐξέλεξατο vero occurrit εἰναι Eph. I, 4. Plena loquendi formula vtitur Iacobus c. I, 18. cf. Apoc. 14, 4. vid. Bos ell. graec. Verba vero ipsa duplicem admittunt interpretationem, siue hanc: πλεσιοι ἐν πίστει pro κατὰ τὴν πίστιν, fide abundantes (reich am Glauben), vi oppos. πτωχ. τς υοσ. τ. priori sensu, vt eis το εἰναι πλεσ. ἐν πίσ. nil amplius sibi velit ac: ἰνα μαλλον πεισεωσι, et sensus sit hic: nonne Deus benignissimum consilio pauperes, a recipienda doctrina chr. minus alienos quam diuites atque potentes, in societatem christianam suscepit, quia hos doctrinam hanc saluarem lubentius accepturos constantiusque in ea

perseueraturos esse praevидit, siue illam: πλ. ΔΙΑ της πισσεως. diuites, h. felices, beati per fidem, magis apte ad ea quae iam sequuntur: καὶ κληρον. βασ. quibus verbis ipsae hae diuitiae, quas per religionem chr. consequuti sunt, exponuntur. Amant N. T. scriptores nexu etiam alio religionem chr., felicitatemque inde redundantem, cum thesauro comparare I Cor. 4, 7. 2 Cor. 6, 10. I Tim. 6, 17. Luc. 12, 33. Matth. 6, 19-21. et alibi. καὶ κληρονομωσ, pro καὶ ἰνα κληρονομοι ωσι. vt participes fiant. vid ad verba πλεσ. ε. π. της βασιλειας h. l. de praemiis in vita post mortem futura obtinendis intelligendum esse, ex additis: ἧς ἐπηγγέλματο, apparet. Omnia enim instituta diuina, ad hominum salutem, tum in hac tum in futura vita augendam, ad βασιλειας similitudinem reuocari solent. vid. S. V. Koppe exc. I, in epp. ad Thess. ἧς ex graecismo fatis trito h. l. pro ἡν. ἧς ἐπηγγέλματο sc. per Christum cf. Matth. 5, 3. 19, 28. 25, 34. Luc. 6, 20. 12, 32. coll. I Cor. 2, 9. 10. I Tim. 4, 8. Apoc. 2, 9. 10. τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτον. vid. ad I, 12.

ὕμεις δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχόν; οὐκ οἱ πλούσιοι β  
καταδυναστεύουσιν ὑμῶν, καὶ αὐτοὶ ἔλκουσιν ὑμᾶς  
εἰς κριτήρια; οὐκ αὐτοὶ βλασφημοῦσι τὸ κα-7  
λὸν

6. ὕμεις δε ἠτιμάσατε του  
πτωχου ad v. 5. adhuc sunt  
rejicienda, addito interroga-  
tionis signo. ἠτιμάσατε pro  
ατιμῶν δυναστῆς, aoristus enim  
ponitur pro tempore quolibet.  
ατιμῶν autem valet ἐξεδνεῖν.  
του πτωχου collectiue pro τῶς  
πτωχῶς. Et vos quaeso pan-  
perem, tot tantisque beneficiis  
a Deo ornatum, despiciatui  
habere possitis? i. e. nullo  
modo fieri potest, ut ita aga-  
tis. εἴ iterum est interro-  
gatiuum. Jungam sic: nonne  
vero e contrario summa inso-  
lencia comitari solet diuitias?  
plane ut Euripides:

ὕβρις τοι τιμῆς πλετος.

cf. *Plant. Aulul. act. 2. scen.*  
2. οἱ πλεσιοι diuites omnino,  
sive ex Judaeis, sive ex eth-  
nicis; non ii qui ecclesiam  
frequentabant. εἴ οἱ πλεσιοι  
καταδ. ita circumscripterim:  
εἴ αὐτοὶ οἱ πλεσιοι εἰσι. οἱ κα-  
ταδ. s.inds nicht grade Rei-  
che, welche etc. καταδυναστεύειν  
vero hebr. reddidit βιάζειν, vi  
opprimere, crudeliter tractare  
i. q. κατακυριεῖν, κατεξ-  
εταζειν *Matth. 20. 25.* cf. *Act.*  
*10. 38* et apud *LXX Exod. 1.*  
*13. 6. 7. I Sam. 12. 3. Ne-*  
*hem. 5. 5. Jer. 6. 6. 7. 6.*  
*22. 3.* cf. de hac voce *Wesse-*

ling ad *Diod. 13. 73.* ὕμων,  
a κατα pendet in καταδυν.  
quasi dixisset Jacobus δυνας.  
κατ' ὕμων. καὶ αὐτοὶ iterum  
pro: καὶ εἴ αὐτοὶ εἰσι, οἱ  
ἐλκ. etc.: εἰ nonne ii ipsi sunt,  
qui etc. ἔλκουσι εἰς κριτήρια.  
κριτηριον sensu forensi modo  
litem sine controuersiam in ju-  
dicio disceptandam, δικην, κρι-  
σιω, hebr. קרי I *Cor. 6. 2.*,  
modo locum ubi iudicium exer-  
cetur et ipsum tribunal, ut  
et h. l., designat. ἔλκειν εἰς  
κριτηρια vero alias πνιγειν  
*Matth. 13. 28.* est lat. rap-  
pere in jus sc. inuitum, et  
quidem h. l. non tam lucri,  
quam relictae uitae religio-  
nis causa. cf. *Prov. 22. 7.*  
*Sirac. 13. 1-23. Jac. 5. 4-6.*  
Constat autem vel ex *Act. ap.*  
Christianos tanquam homines  
feditiosos modo in jus raptos,  
modo in vincula coniectos et  
ad ipsum capitis supplicium  
haud raro ductos esse. *Act.*  
*13. 50. 8. I seqq. 12. I seqq.*  
*Matth. 10. 18. I Thefl. 2. 14.*

7. οὐκ αὐτοὶ vtraque vox  
eodem modo explicanda ut v.  
6. το καλον ονομα est nomen ho-  
nesticum s. honestum, (vid.  
ad καλωσ v. 3.) ipso *Cicerone*  
interprete, qui παραδοξον il-  
lud ὅτι μόνον το ΚΑΛΟΝ  
F 5 αγαρου

8 λὸν ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς; Εἰ μὲν

ΤΟΙ

αγαθὸν reddit: quod honestum sit, id solum bonum esse. Nomen illud vero non *Dei* quod *Storrio* placet, multo minus *Nasiraeorum*, de quo *Herderus* (p. 49.) cogitat, sed *Christi* esse putauerim, a quo primum Antiochiae, deinde in omnibus imperii Romani prouinciis, et omnino extra Palaestinam, omnes ad novae hujus doctrinae professionem conuersi nuncupati fuerant *Christiani*. cf. Act. II, 26. et *Suidas* ἐπι Κλαυδίου inquit βασιλεως Ρωμαίων ἐν Αντιοχείᾳ μετανομοσθησαν οἱ παλαιὸι λεγομενοι Ναζαραιοι καὶ Γαλιλαιοι, Χριστιανοι. qui quidem locus aperte *Herderianae* sententiae repugnat. Etiam *Petrus* hoc nomine utitur I ep. 4, 16. τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, quo appellamini. *Hebraismus* subesse *Grotius* jam vidit, *Hebraei* enim nomen ejus, a quo denominamur, super nos vocari dicunt cf. Genes. 48, 16. שמך יהוה אלהיך I Reg. 8, 16. Jerem. 25, 29. Sir. 36, 12. βλασφημῶσι, contentui habent, conuiciantur. Videntur itaque fuisse inter diuites illos, qui eo procederent audaciae, ut in ipsam illud sanctissimum *Christi* nomen maledictis inueherentur. Alii vero interpretes, et inter recentiores *Carpzovius*, *Storrius* alii,

vt *Jacobum* de diuitibus *Christianis* loqui arbitrantur, ita quoque voc. βλασφημῶν, studio magis receptae sententiae, quam ex propria hujus vocabuli significatione, vertunt: ita agere, vt religio chr. male audiat apud extraneos. Totam hujus commatis sententiam illustrabit locus *Taciti* Annal. 15, 44. Nero — quae sitissimis poenis affecit, quos, per flagitia inuisos, vulgus *Christianos* appellabat. *Auctor* nominis ejus, *Christus*, *Tiberio* imperitante, per procuratorem *Pontium Pilatum* supplicio affectus erat. Ceterum, quae de diuitibus et pauperibus hic uniuerse enuntiantur, ad maximam tantummodo eorum partem pertinere, vix est quod moneamus.

8. 9. Jam ex v. 5-7. *Jacobus* colligit haec: quae cum ita sint, cum diuites tam atrociam in se flagitia admittant, pauperes vero tanto honore a Deo digni habeantur, bene agetis, si, ab omni partium studio alieni, primariam illam religionis christianae legem, quae mutuum erga omnes amorem praecipit, obseruaueritis v. 8., quod si vero nihilominus partibus studere pergetis, peccatores (παράβαται) jure habemini v. 9. εἰ μὲν excipitur ab εἰ δὲ v. 9.

εἰ



τοι νόμον τελείτε βασιλικὸν κατὰ τὴν γραφὴν  
 „Ἄγα-

ει μὲν τοι pro τοιγαροῦν, ει μὲν etc. *Wenn ihr demnach* etc. τελειν νομον i. q. ποιειν, τηρειν s. πληρειν τον νομον. *legem observare.* νομος vero h. l. *praeceptum* denotat *singulari*, Rom. 7, 1-3. alias εντολη, λογος (רַבֵּי) vt e contrario εντολη interdum totum *legum Moss. complexum* significat. Hebr. 7, 18. Dicitur autem hic νομος βασιλικος non quia *regem*, quem *Deum* alii, alii *Christum* esse volunt (qui tamen hanc legem, Judaeis olim jam latam, nonnisi iterum inculcavit), habet auctorem. Dicuntur quidem *Platonii* et *Xenophontii* νομοι βασιλικοι *leges a regibus latae*, id quod *Raphelius* et *Wetstenius* magna exemplorum vi ad h. l. confirmarunt: quae tamen omnia altius videntur repetita, et ab h. l. non minus aliena ac hebr. illud רַבֵּי הַרַבֵּי quod alii ad hunc locum explicandum arcessunt. Vocabula potius βασιλευς, βασιλικος, *rex, regius*, apud Graecos et Latinos in sermone populari *singularis praesentiae* atque *dignitatis* notionem inuoluunt. Sic *Philo* quod omn. prob. lib. p. 888. ΒΑΣΙΛΙΚΩΤΕΡΟΝ εδεν αρετης. *Maximus Tyr.* Diss. 10. καλλος ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ. Eodem sensu dicitur βασιλικος βιος, β. συμποσιον, β.

ασηρ, β. εσθης, β. αμπελος etc. νομος βασιλικος igitur est *lex omnium primaria*, alias εντολη πρωτη και μεγαλη *Matth.* 22, 39. πληρωμα τε νομου *Rom.* 13, 10. coll. *Gal.* 5, 14. το τελος της παραγγελιας *1 Tim.* 1, 5. ο νομος και οι προφηται, *summa omnium quae de mutuis officiis sacra scriptura praecipit.* Nimis multa *Kyprius* huic vocabulo inferre videtur, qui βασιλικην hanc legem a *Jacobo* vocari arbitratur 1) quia *Deum summum regem agnoscat auctorem*, 2) quia fit *utilissima*, 3) et *praestantissima*. Singulas haec notionem singulis locis subesse facile concesserim, dummodo non omnes vni eidemque loco ingerantur. γραφη, αι γραφαι et τα ιερα γραμματα ex hebr. כְּתוּבִים, סִיְבִיכִים, perpetuo in N. T. vocabula propria *librorum V. T.* *Joh.* 2, 22, 5, 39. saepissime alibi. κατὰ τὴν γραφὴν vel est formula allegandi V. T. locum, non diuersa ab his: ως λεγεται, ως λεγει η γραφη, καθως γεγραπται, vel jungenda sunt βασιλικον κατὰ τὴν γρ. vt sit: *legem ex sacrae scripturae sententia longe principem.* Jam sequitur ipse ille νομ. βασι. *Lev.* 19, 18. ex LXX versione transscriptus. αγαπησεις pro αγαπησον, more *Hebraeorum*, qui futuris loco impe-

„Αγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν,, καλῶς  
 9 ποιεῖτε· εἰ δὲ πρωτοποληπτεῖτε, ἀμαρτίαν ἐργά-  
 ζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται,  
 ὅστις

imperatiuorum vtuntur. ἀγα-  
 πην vero omnia omnino stu-  
 dia inuoluit ad promouendam  
 aliorum felicitatem. τὸν πλη-  
 σίον sc. οὐτα i. q. τὸν ἕτερον,  
 hebr. עַךְ, homines ullo vin-  
 culo, et vel ipsa humanae na-  
 turae societate nobiscum con-  
 iuncti. καλῶς ποιεῖτε, honeste  
 i. e. praeceptis religionis chr.  
 conuenienter agitis. 2 Petr. 1,  
 19. i. q. εὐ πράξετε Act. 15,  
 29. et oppositum τῶ: ἀμαρ-  
 τIAN ἐργάζεσθε v. 9. Jam vero  
 in explicando hoc praecepto  
 non in singulis haerendum est  
 verbis, quasi eodem, quo  
 erga nosmetipsos affecti esse  
 solemus, amore et erga omnes  
 alios homines esse jubeamur,  
 (quod sine dubio nimis foret  
 feuerum, nec cum humana  
 natura consentaneum), sed  
 ex populari dicendi genere  
 sensus hujus dicti reuocandus  
 ad illud Christi Matth. 7, 12.  
 πάντα ὅσα αὐ θελήτε, ἵνα ποι-  
 ᾶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ἔτω  
 καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.

9. πρωτοποληπτεῖτε vid. ad  
 v. 1. ἀμαρτίαν ἐργάζεσθαι s.  
 ἐργάζεσθαι ανομίαν Matth. 7,  
 23. respondet hebr. יָמַ לְבַב,  
 et ponitur simpliciter pro  
 ἀμαρτανεῖν. ἐλεγχόμενοι pro  
 ἐλεγχεσθε γαρ. ἐλεγχεσθαι

vero h. l. priori significatione  
 retinendum est, vt sit con-  
 uinci, s. argui de crimine  
 commisso. νόμος eodem sensu  
 quo v. 8. παραβατικῆς hebr.  
 גַּרְסָה Ez. 18, 10. Pf. 17, 4.  
 et παραβαίνειν לַעֲמַד, עָבַד, הָרַמַּ,  
 גָּרַס. Num. 14, 41. 27, 14.  
 Lev. 26, 40. Deuter. 28, 14.  
 Jef. 24, 5. ex solenni legunt  
 atque praeceptorum cum linea  
 siue funiculo comparatione  
 explicandae sunt, quippe quem  
 transilire (παραβαίνειν) dice-  
 bantur ii, qui legem viola-  
 bant. παραβατικῆς igitur, quoad  
 sensum, ne tantillum quidem  
 differt ab ἀμαρτωλός, inpr-  
 mis cum Symmachus hebr.  
 גַּרְסָה vertit παραβατικῆς Pf. 17,  
 5. Ezech. 18, 10. vbi Aquila  
 habet ἀμαρτωλός. Eodem sen-  
 su etiam Homerus ΤΠΕΡ-  
 ΒΑΙΝΕΙΝ adhibet. II. 1, 497.

— ὅτε κεν τις ὕΠΕΡΒΗΗ;  
 καὶ ἈΜΑΡΤΗ.

Ex loci vero contextu hic  
 vocabulo παραβατικῆς inuisus  
 praecipue sensus fuisse vi-  
 detur, ita vt eum designet  
 qui grauiora commisit cri-  
 mina. Sensus est: eadem illa  
 lex peccatores vos esse conuin-  
 cet, si iniquam vestram agendi  
 rationem cum ipsa compara-  
 veritis. Rom. 13, 10.

ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑο  
ἐνί,

IO. II. Sed ne forsan quis dicat, nimis tamen durum videri, eum qui caeteris omnibus religionis chr. praeceptis morem gesserit, ob laesam hanc vnam de profopolepia cavenda legem, statim παραβταίς τς νομς annumerari, jam addit Jacobus ὅστις γὰρ etc. νομος h. l. est *jus* siue *complexus praeceptorum*, et quidem praeceptorum religionis chr., quae vocabulo Christianis ex Judaeis conuersis inprimis caro ηρηη νομος dici solebant. vid. S. V. Koppü exc. 3. in ep. ad Gal. ὅλος ὁ νομος igitur est *totus legum Christianarum complexus*, i. q. παται εντολῶν τηρησει et πταισει sunt futura pro praes. τηρει et πταισει. πταιω hebr. ܥܘܕ proprie impingere, offendere, *straucheln*. Polyb. p. 1307. ὁ δὲ παρακαλεῖ μὴ δις πρὸς αὐτὸν λιθὸν ΠΤΑΙΕΙΝ. εν ἐνί pro εν ἐνί μονου νομῶ, vel εν μιχ μονου εντολῶ, qui impigerit vel in unum praeceptum, i. e. qui vel unum neglexerit praeceptum. παντων sc. νομων, i. q. ὅλε τς νομς, supplementum est ἐνεκα; quod respondet praecedenti εν atque etiam I Cor. II, 27. subintelligendum est. ενος obnoxius, reus, modo cum genitio, vt hic, modo cum datio, modo cum sic et accusatio jungitur. vid. Markland

ad Lyfiam p. 568. παντων γενομε ενος, *habendus est, ac si omnes omnino leges migrasset*. In constituendo hujus paradoxo, cujus speciem praefert, sensu, doctissimorum virorum fatigantur ingenia. Alii de difficultatibus hujus loci dirimendis plane desperantes, loco παντων legi jubent παντως, cum quibus tamen jure aget tota Criticorum cohors, cum παντως nulli libi exstet. Alii, praeunte Grotio, non nisi de legibus, quibus poena capitalis constituta sit h. l. sermonem esse putantes, sensum constituunt sic: qui totam legem servauerit, offendat autem in uno praecepto, non minus morte punitur, ac si omnia praecepta violasset. Vereor tamen ne haec aliunde arrepta loco nostro inferantur. Semlerus εν ἐνί ex hebraismo pro εν πρωτω accipit, vt sit vel: in primo praecepto decalogi, quo Israelitae Deum colere jubentur, sed hoc a l. n. plane videtur alienum, vel: in primario praecepto doctrinae christianae, quod commemoratur v. 12, sed, id quidem contra omnem loquendi usum tum hebraicum tum graecum. Tota potius hujus commatis significatio sententia veteribus et Rabbinis praecipue adeo fuit vilitata, vt mihi quidem

II ἐνὶ, γέγονε πάντων ἕνοχος. ὁ γὰρ εἰπών: „Μὴ  
μοι-

in prouerbii consuetudinem  
abiisse videatur Sabbat f. 70.  
2. si faciat omnia, unum vero  
mittat, omnium et singulorum  
reus est. Horaioth. f. 8, 2.  
R. Jose Galilaeus dixit Levit.  
5, 5, qui reus est vnius, reus  
est omnium. Et e contrario:  
qui unum praeceptum seruat,  
est ac si totam legem seruasset.  
Medras Mischle f. r. vel: qui  
iustum cibatur frusto, perinde  
est, ac si totum Pentateuchum  
seruasset. Jalkut Chadosch. f.  
59, 2. (Plura dabunt Wetst.  
et Schoetgenius in h. l.) Qui-  
bus quidem locis videtur sub-  
esse nonnisi sensus hic: Nulla  
virtus sola, nullumque vitium  
solum, sed virtus cum virtu-  
te, vitium cum vitio tam arte  
cohaeret, ut qui una virtute  
et pluribus praeditus sit, et  
sic quoque, qui unum vitium,  
etiam plura simul committat,  
vel commisisse putandus sit.  
Plane ut Diogenes L. ad He-  
rennium 4, 16. „Majores  
„nostri, si quam vnus pec-  
„cati mulierem damnabant,  
„simplici iudicio multorum  
„maleficiorum conuictam pu-  
„tabant: quo pacto? quo-  
„niam, quam impudicam ju-  
„dicarunt, eam venefici quo-  
„que damnatam existimabant:  
„quid ita? quia necesse est  
„eam, quae suum corpus ad-  
„dixerit turpissimae cupidi-  
„tati, timere permultos: quos

„istos? virum, parentes, cae-  
„teros, ad quos videt sui de-  
„decoris infamiam pertinere:  
„quid postea? quos tanto-  
„pere timeat, eos, necesse  
„est, ut, quomodo possit,  
„veneficio petat: cur? quia  
„nulla potest honesta ratio  
„retinere eam, quam magni-  
„tudo peccati facit timidam,  
„intemperantia audacem, na-  
„tura muliebris inconsidera-  
„tam., Paulo alia tamen  
ratione sensum formulae con-  
stituit Iacobus noster, dum v.

II. Docet, omnia prae-  
cepta diuina in obsequio Deo  
praestando quasi in compendio  
contineri. Jam, inquit, siue  
vnum praeceptum siue omnia  
migras, obsequium semper ha-  
negas Deo, adeoque ὅλον  
τοῦ νόμου, qui ad obse-  
quium Deo debitum vnice  
redit, violas, nam, addit  
Jac., Deus singularis huius  
praecepti non minus ac caete-  
rorum omnium auctor est ha-  
bendus. Nisi forte sensus  
hujus loci ita fuerit consti-  
tuendus: Qui unam legem  
violauit, idem omnes violasse  
putandus est, Deus enim  
omnium legum auctor est.  
Jam vero, qui reuerentia  
erga Deum non ab vno de-  
terretur vitio, idem etiam ab  
altero perpetrando non deter-  
rebitur. Quodsi igitur sin-  
gularis

μοιχεύσης,, εἶπε καὶ „Μὴ φονεύσης,, εἰ δὲ οὐ μοι-  
χεύσεις, φονεύσεις δὲ, γέγονας παραβάτης νόμου.  
Οὕτως λαλεῖτε, καὶ οὕτως ποιεῖτε, ὡς διὰ νόμου 12  
ἐλευ-

*gulare aliquid vitium non com-  
miserit ejusmodi homo, non  
tam pietati ipsius, quam ei  
rei tribuendum est, quod ad  
hoc vitium potissimum commit-  
tendum occasione et incitamento  
carebat.* εἶπαν pro εἶπε, id-  
que pro εἰελευσε. μη, hebr. עִן,  
est prohibentis. μη μοιχευ-  
σης et μη φονεύσης repetita  
sunt ex Deuter. 22, 22. 19, 13.  
Exod. 21, 12. Lev. 24, 17. 21.  
Futura iterum pro imperati-  
vis, et singularia praecepta pro  
praeceptis omnino ponuntur,  
nam sensus omnino eo redit:  
*qui vnam legem, et alteram tu-  
lit.* εἰ δε. *etsi vel maxime, fac  
ut, gefetzt auch.* μοιχεύσεις et  
φονεύσεις pro praef. vel praet.  
νομος i. q. ὅλος ὁ νομος v. 10.  
*totus praeceptorum Christi  
ambitus.* παραβάτης consulto  
ex v. 9. h. l. iterum adhibet-  
tur. Jam vero haec quae Ja-  
cobus contra homines, gra-  
vissimum prosepolepsias cri-  
men leue putantes, animi ar-  
dore correptus enuntiauit, ad  
metaphysicam non reuocanda  
sunt subtilitatem, quasi Ja-  
cobus omnia peccata paria  
esse, et eum, qui vnam mi-  
grauerit legem, eandem poe-  
nam, ac si omnes violasset,  
daturum esse contendat, sed  
id vnum innuere voluit: ne

*vnus quidem legis migratio-  
nem vili esse pendendam, quia  
Deum habeat auctorem, cu-  
jus auctoritas etiam vel vno  
praecepto laeso admodum vio-  
letur.* Sic Jos. A. 5, 9. 4.  
εἰς τὴν Φησὶν ὁ Βοαζός, ἐξ ἡμι-  
στιας δεῖ μεμνησθῆαι τῶν νο-  
μῶν, ἀλλὰ πάντα ποιῆσαι κατ'  
αὐτοὺς. Maccab. 5. μη μικρὰν  
ἐν εἰσὶ νομισθῆαι ταυτην, εἰ  
μικροφραγθῆσαιμεν, ἀμαρτιαν.  
το γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις  
παρανομῆσαι ἰσοδυναμοῦν ἐστὶ, δι'  
ἐκότερα γὰρ ὁ νομος ὁμοίως  
ὑπερῆφανεῖται. Pertinet huc  
quoque illud Max. Tyr. dif-  
fert. 15. ὡσπερ γὰρ ἐν ταῖς τῶν  
μελῶν ἀρμονίαις το παραλει-  
φθῆν, καὶ σμικρὸν ἦ, διαλυεῖ  
τὸν κόσμον τὰ μελᾶς· ἔτω καὶ  
τῆ τε βίῃ ἀρμονίᾳ. κ. τ. λ.

12. 13. *Quamobrem, cum  
ne singulare quidem praecep-  
tum impune negligi possit,  
totam vestram agendi ratio-  
nem ad omnes omnino leges  
diuinas et imprimis ad mu-  
tuaе caritatis legem compo-  
nite, nam immisericordes graui-  
olim et seuerio supplicio adfi-  
cientur.* Vide quaeſto quam  
arctè sic cohaereant v. 12. 13.  
cum v. 11, quare miror Sem-  
lerum atiosque hic plane no-  
vae sectionis constituere ini-  
tium.

13 ἐλευθερίας μέλλοντες κρῖνῃσθαι. ἢ γὰρ κρίσις ἀνιλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως.

Τί

## VARIÆ LECTIONES.

13. καὶ ante κατακαυχᾶται omittunt A. C. 4. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 29. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. 40. 41. 45. 46. 47. Syr. utr. Eyp. Copt. Arab. Edd. Complut. Plant. Genev. probb. Millio, prol. 982. Bengelio, Griesbachio. δε legunt post κατακαυχ. A. 40. Ar. pol. Syr. p. Vulg. corb. Oecum. Ang.

tium. οὕτω λαλεῖτε καὶ οὕτω ποιεῖτε, accumulatur ad augendam sententiae vim. Sensus est: omnino ita agatis volumus. Minime vero in singulis verbis, λαλεῖν et ποιεῖν ita est haerendum, ut λαλεῖν, quae est Semleri sententia, ad ministros, siue omnino ad homines, quorum est auctoritas quaedam publica, restringatur, et, quod post Wetsteinium obseruauit Carpentarius, inde ab hoc commate vsque ad finem hujus capituli, quomodo agendum, proximo autem capite, quomodo loquendum sit, praecipitur; ejusmodi enim sententiarum dispositio cum ipsa epistolae indole magnopere pugnat. ὡς μέλλοντες κρῖνῃσθαι sc. die extremi iudicii. δια νόμου ἐλευθερίας, pro κατὰ νόμον ἐλευθ. Sic quoque δια 2 Cor. 8, 5. 1 Tim. 1, 18. et hebr. 2 Gen. 1, 26. Esth. 1, 12. νόμος ἐλευθερίας vero h. l. est νόμος ἐλευθέρων Rom. 8, 12. religio quae immunitatem a

suppliciiis diuinis promittit. vid. ad I, 25. Jam si haerendum est in vocabulo ἐλευθερίας sensus subesse videtur hic: Ita agite, ut homines decet, qui iudicabuntur secundum religionem, quae immunitatem a poenis peccatorum promittit, quod tamen non eam habet vim, ut praecepta diuina impune laedere possimus.

13. κρίσις, abstractum pro concreto: κρίτης, vel ὁ κριτων. ἀνιλεως sc. εσι immifericors est, unerbittlich, ohne Schonung. τῷ, pro εἰς τῶν, ὁ etc. ελεος omne genus beneficentiae denotat ex hebr. 17 Gen. 19, 19. Num. 11, 15. Matth. 9, 13. 12, 17. 23, 23. τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος, paranomasiæ causa cum ἀνιλεως, pro τῷ μὴ ἐλεεῖν, vel τῷ προσηποληπτεντι. καὶ h. l. pro ἀλλὰ ut v. 18. 22. 4. 2. Act. 10, 28. 1 Cor. 5, 10. Similiter καὶ pro imo positum 2 Cor. 8, 3. ελεος, abstr. pro concreto: ελεων i. e. ὁ μὴ προσηπο-

Τί τὸ ὄφελος, ἀδελφοί μου, ἐὰν πίστιν λέγη ἰα  
τις

σωποληπτῶν, ὁ ἀγαπῶν τὸν πλησίον αὐτοῦ. κατακαυχᾶσθαι. i. q. καυχᾶσθαι, gloriari de aliqua re, et h. l. in primis i. q. ἠυφρανεσθαι, hebr. ἕηן, ἦν et ᾗν Pl. 15, 14. 149, 5. κατακαυχᾶται κρισίως, pro δυνατῶν καυχᾶσθαι κατὰ τῆς κρισίως. Sensus est: pietas insullat iudicio, i. e. misericors nullius culpae sibi conscius, adeoque supplicia non timens, gloriari potest de iudicio exiremo. Der menschenfreundliche Mann triumphirt über das Gericht — freuet sich darauf. Matth. 5. 7. 18, 23-35 25, 34-46. Gnome profecto egregia!

14-26. Jam Jacobus ad argumentum Cap. 1, 22-27. vnde ab initio hujus Cap. aliquantulum digressus erat, rediens, solam religionis chr. notitiam factis praectaris haud conspicuam omni plane fructu carere vberius contra eiusmodi Christianos demonstrare pergit, qui, vt Israelitae in futurae felicitatis societatem se venturos esse existimabant, dummodo in profitenda religione Judaica constanter perseverarent, sic quoque ipsam religionis christianae professionem ad salutem consequendam jam sufficere, putabant. Huc spectat illud Hieronymi in Mich. 3, 5. promittunt eis

pacem et regna coelestia, et dicunt: non necesse est, vt vivas continenter et sancte, habeto fidem quam docemus, et omnia promissa Domini consequeris. τι τὸ ὄφελος sc. εἶναι. v. 23 ἢ Gen. 37, 25. Pl. 30. 10. i. q. τι συμφερεῖ; quae utilitas inde redundat? sc. nulla, i. e. omniutilitate, omni plane fructu caret. Pro eodem ἔδειν εἶμι dixit Paullus 1 Cor. 13, 2. πιστις h. l. minime fiducia salutaris in merito Christi reposita, quae quidem verio sola locum, alias facilem, obscurissimum reddidit, sed ex nexu ratione nuda religionis chr. notitia seu professio, ἀπροαίτις τε λόγος de qua Cap. 1, 22 sqq: dixerat Jacobus, nec alio sensu vsque ad finem hujus Cap. continuat. Sic quoque Gal. 3, 23. Hebr. 13, 7. 8. Act. 6, 7. vid. S. V. Koppii exc. 6. in ep. ad Gal. supra jam laudatum. λέγειν vel cogitare (wähnen) vid. ad 1, 13. vel palam profiteri, quasi ita dixisset Jacobus: μὴ δυνατὸν τὸ λέγειν· ἐγὼ πιστῶν ἐχω, σωσάμιν αὐτοῦ; vel denique gloriari. ex hebr. ᾤμα Prov. 10, 9. Praefero prius. πιστῶν ἐχειν pro πιστευειν. ἐργα sc. fidei consentanea, in primis vero ελεημοσύνης καὶ ἀγαπῆς de quibus paulo ante sermo erat. ἐργα ἐχειν paranomasiae causa

τις ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχη; μὴ δύναται ἡ πίστις  
 15 σώσαι αὐτόν; ἰάν δὲ ἀδελφός ἢ ἀδελφή γυμνοὶ  
 ὑπάρχωσι, καὶ λειπόμενοι ὡς τῆς ἡμετέρου τροφῆς,  
 16 εἶπη δὲ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν ὡς ἴπαγετε ἐν εἰ-  
 ρήνῃ

conjunctum cum πῖσιν εχειν, pro εργαζομαι, αγειν, μη est interrog ἡ πῖσις, pro ἡ πῖσις μονη ex v. 24. sola religionis scientia, vitae morumque honestate haud conspicua. Saepius voc. μονος omittitur a Jacobo. vid. ad I. 23 et 25. σωσαι, felicem reddere. Liquet Jacobum loqui de aeterna salute. Jam μη-αυτον affirmatiue hoc sibi volunt: minime sola religionis professione, factis destituta, felicem eum reddere potest.

15-17. Sententia v. 14. illustratur exemplo, ex illa ipsa materia repetito, quam tractauerat Jacobus cap. I, 27 sqq. quaeque menti ejus identidem oberrabat. Si quis, inquit, alicui bona quacuis apprecatus fuerit, nec opem ipsam adhibuerit, vel, ut verbis utar Johannis I. 3. 18. nec εργα καὶ ἀληθειαι ἰψι succurrerit, quis tum ex votis ejus, quamuis per se bonis, ad miserum fructus redundabit? profecto nullus: sic etiam ex sola professione illa, desum esse Messiam, si destituatur operibus ejusmodi Dei rerumque diuinarum co-

gnitione dignis, nullus et nobis sperandus est fructus. δε verterim vt γαρ v. 2. per exempli gratia. ἀδελφος ἢ ἀδελφή, sunt nomina, quibus Christiani religionis vinculo, vt fratres sororesque inuicem juncti, sese appellare solebant. γυμνοὶ misere vestiti, vel vix amicti. Sic γυμνος I Sam. 19. 24. 2 Sam. 6. 14. 20. Job. 22. 6. Jes. 20. 2. Matth. 25. 36. 28. 43. 44. Marc. 14. 52. Job. 21. 7. γυμνηθευσιν I Cor. 4. II. et γυμνοτης Rom. 8. 35. 2 Cor. II, 27. Similiter et Gratiae Latii poetis nudae dicuntur i. e. tenui velamento amictae. ὑπάρχωσι, pro ὡσι. καὶ λειπομενοὶ ὡσι, pro: καὶ λειποντοῦ et indigeant. vid. ad cap. I. 5. τροφή εφημερος i. e. ἡ καθ' ἡμέραν ἀναγκαία τροφή, victus, quo per singulos dies vitam sustentamus. Qui nil amplius habent, Graecis dicuntur κατ' ἡμέροβιοι, vid. Wetsten. in h. l. γυμνος vero et λειπομενος της τροφης juncta sunt, vt infima miseria exprimeretur.

16. εἶπη δε, pro καὶ εαν εἶπη. τις ἐξ ὑμῶν, jungenda, pro



ρήνη, *Δερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε*, μὴ δώτε δὲ  
αὐτοῖς

pro *tis ὄμων*, sc. qui solam religionis chr. notitiam ad salutem consequendam sufficere putatis. αὐτοῖς i. e. τῷ ἀδελφῷ καὶ τῇ ἀδελφῷ. εἰρήνη ex hebr. בְּרַחַם pro quovis felicitatis genere ponitur. Sic quoque ὑπαγετε ἐν εἰρήνῃ, vel εἰς εἰρήνῃ, Marc. 5, 34. Luc. 7, 50. 8, 48. est formula loquendi plane hebraica: וַיְבִרְחֵם בְּרַחַם 1 Sam. 1, 17. vivite felices, feliciter res vestras agite, nam בְּרַחַם (et praecipue בְּרַחַם) Hebraeis non semper est ire, quasi haec formula nonnisi absentium dici queat, sed etiam agere vel vivere omnino. Nos: *Es gehe euch wohl*. Ratio vsus loquendi posita est in eo, quod vita humana ex tropo frequentissimo cum *tramine* seu *via*, qua incedimus, veteribus comparari solita erat. Voc. germanico *wandeln* idem tropus subesse videtur. Formula, Graecis adhiberi solita, est *εὐπραγτε*. (ὑπαγε vero forma singulari in malam partem sumi solet, vt sit: *abi, apage*. Matth. 4, 10. ὑπαγε Σατανα.) *Δερμαίνεσθε* sc. *vestitu* vt sit: *vestiti estote*, nam spectat ad γυμνοὶ ὑπαρχοσὶ v. 15. Sic quoque *εὐδερμάνθησαν* Job. 31, 20. pro *vestiti* sunt. *χορτάζεσθε*, *γεβω*, referendum ad *λειπ. τῆς ἐσθμ.* τρ. v. 15. *sit vobis unde alimini*. *χορτάζεσθαί* quidem pro-

prie est animalium, quae *gramine* saturantur, (α χορτός) tum vero etiam ad hominum alimenta transfertur, non modo in N. T. Matth. 14, 20. 15, 33. 37. Marc. 6, 42. 7, 27. 8, 4. 42. Luc. 6, 21. 9, 17. 16, 21. Joh. 16, 26. Phil. 4, 12. sed etiam apud profanos auctores. *Arriani Epist.* l. 1. c. 9. ὅτε ΧΟΡΤΑΣΘΗΤΕ σημερον, καθηροθε κλειουρες, περι της αυριου, ποθεν φαγητε. l. 3, c. 22. ad philosophum: *Tu vero mihi aedes alicujus ingredi velle videris δια χορως ΧΟΡΤΑΣΘΗΝΑΙ, vt aliquamdiu alaris*. *Plutarch* sympos. l. 1. p. 616. *χορτάζειν* vsurpat pro *cibum* apponere. cf. *Athenaeus* l. 3. c. 21. vbi *Casaub.* μη δωτε δε, pro καὶ εαν μη δωτε. το επιτηδειον, praeter hunc locum haud amplius in N. T., et apud LXX nonnisi 1 Paralip. 28, 2. obuium, non modo dicitur id quod *idoneum* s. *aptum*, sed etiam quod *necessarium* est. *Gloss.* *ανγκυμιον*. επ. τ. σ. igitur i. e. q. τα αναγκαια τῷ σωματι χορηματα, (construitur enim non minus cum *datiuo*. quam cum *genitiuo*), ea quae necessaria sunt, ad corpus victu atque amictu sustentandum i. q. διατροφαὶ καὶ σκεπασματα. 1 Tim. 6, 8. Eodem sensu *Xenophon* dixit: τα επιτηδεια

17 αὐτοῖς τὰ ἐπιτηδεῖα τοῦ σώματος τί τὸ ὄφελος; οὕτω

κα)

ἡμερῶν s. καὶ ἡμερῶν, nec non: τὰ ἐπιτηδεῖα πορίζουσαι et: εὐδαια ἐπιτηδίων. Suidas vero vocabuli τὰ ἐπιτηδ. significationem nimis angustis finibus circumscribere videtur, dicens: ἐπιτηδεῖα, τὰ πρὸς τροφὴν ἀρμόδια. τί τὸ ὄφελος vid. ad v. 14.

17. οὕτω καὶ ἡ πίσις, sc. εἶναι. So verhält es sich auch mit dem Glauben: wenn er etc. Ita distinguendum esse censuimus, quo efficacior euaderet oratio, quanquam et commate post voc. πίσις posito, junctisque οὕτω καὶ ἡ πίσις νεκρὰ ε. n. ε. bene procedat oratio. Neque tamen opus esse putauerim cum Cel. Michaële, cui verba εἰς ἔργα μὴ εἶη ex solenni interpunctione inhiare videntur, distinguere sic: εἶτω καὶ ἡ πίσις, εἰς μὴ ἔργα εἶη. Νεκρὰ εἶναι n. ε. εἰς ἔργα μὴ εἶη, vel nisi conjuncta fuerit cum operibus: vel εἶη pro παρεἶη, nisi bona opera fidei sint fructus. Respondet τῷ: ἡ πίσις τῶν ἔργων v. 20. et 26. νεκρὰ εἶναι, ut corpus exanime vi destituitur, fructu caret, cf. v. 26. vi oppositi ζῆν, vim exserere, vnde ζῶν, i. q. ενεργῆς. Hebr. 4, 12. καὶ ἑαυτὴν, qui vertunt in semetipsa, verbum verbo reddunt, sensu tamen non illustrato. Gro-

ius vero n. ε. abundare putat, quia neque v. 24 et 26. additum sit. Carpovius πῖς, n. ε. fortasse idem esse conijcit, quod π. αὐτῆ. fides ipsa, vt sensus sit: nullam et ipsa efficaciam habet. Storvius denique καὶ ἑαυτὴν reddit respectu sui, vt sit: nullam πῖς εὐοντι salutem afferre potest. Quo quidem, inquit, additamento h. l. propterea opus fuisset, quod apodosis comparisonis haftenus abeat a protasi, vt illa proprium hominis, haec aliorum commodum adjuuari neget: sicut caritas, nullis benefactis conspicua, sed in verbis posita, nec caritas est, nec egenis, quibus seruire debeat, vtilis; ita fides quae non est animi affectio, foecunda bonis actibus pariter ementita est, nullamque ei vtilitatem affert, qui commoda sperabat ab hac fide sua. Nisi forte hoc additamentum superfluum, et tota haec ratio aliquanto durior videri possit. Quidni, quae solennis hujus formulae est significatio, καὶ ἑαυτὴν reddamus per se, ex hebr. לבד s. לבדו Zach. 12, 12-14. Genes. 30, 40. vt πῖς, καὶ ἑαυτὴν i. sit q. πῖς μόνῃ cf. v. 24, vel, vt in eodem hoc commate, πῖς εἰς ἔργα μὴ εἶη, si sola certitur, et ab operibus sejuncta.

Der

καὶ ἡ πίστις ἐὰν μὴ ἔργα ἔχη, νεκρά ἐστὶ κατ' ἑαυτήν. ἀλλ' ἐρεῖ τις, „Σὺ πίστιν ἔχεις, καὶ γὰρ 18 ἔργα

*Der Glaube an sich betrach-*  
*tet.* In qua quidem interpre-  
 tatione consentientes habe-  
 mus versiones veteres, *Lati-*  
*nam* in codice Corbejenſi.  
 quæ reddidit: *mortua est*  
*sola.* *Syriacam*, quæ habet:  
*ſi eſt ſola et ſeparatim.* nec  
 non et *Arabicam Erpenii.* Sic  
 Lucas Act. 28. 16. τῷ δὲ  
 Παύλῳ ἀπετραπή μενειν ΚΑΤ'  
 ΕΑΥΤΟΝ, vbi plura da-  
 bant *Alberti et Raphaelius*  
*annot.* *Xenoph.* et *Polyb.*  
*Transferiſſe ſufficiat Aeliani*  
*v. h. l. 3. 19. p. 83. ed.*  
*Kretzſchmar ΚΑΘ' ΕΑΥ-*  
*ΤΟΝ ἀπιοντα, et e Loefnero*  
*Philonis de migr. Abr. p. 401.*  
*E. locum: εἰ πάντες ἀνθρώποι*  
*τοῦ νοσηντα ὑγιαίνειν, ἢ τοῦ*  
*ὑγιαίνοντα νοσην ὑπολαβεῖν,*  
*ἢ δοῦκα ΚΑΘ' ΑΥΤΗΝ στε*  
*νοσον, στε ὑγιαίνω εργαſεται.*  
*Hef. κατ' ἑαυτοῦ, αὐτοῦ δι*  
*ἑαυτοῦ.* Simili loquendi ra-  
 tione vtitur *Virg. Georg. I,*  
 388. 389.

Tum cornix plena pluniam  
 vocat improba voce,  
 Et sola in ficca secum spa-  
 tiatur arena.  
 vbi *secum* idem sibi vult ac  
 antecedens *sola.*

18. Jam Jacobus eorum in-  
 pugnat errorem, qui fidem  
 a factis sejungi posse puta-

bant, ita vt alter fide, alter  
 factis gauderet. αλλ' ἐρεῖ τις,  
 est formula, qua aduersarii lo-  
 quentes inducuntur, vt 1Cor.  
 15. 35. (vbi Paullus v. 36. ad-  
 uersario eodem modo respon-  
 det: ἀφρον, συ ὁ σπειρις κ.  
 τ. λ. vt Jacobus l. n. ω αν-  
 θρωπος κενε.) non diuersa a  
 Paullinis illis: ἐρεῖς οὐκ μοι,  
 Rom. 9. 9. ἐρεῖ τις, etc. *quidni*  
*vero, si quis dixerit? συ κγω*  
*non adeo sunt premenda, vt*  
*illud ad ipsum Jacobum, hoc*  
*autem ad aduersarium refe-*  
*ratur, sed συ κγω Jacobus*  
*adhibet pro αλλος καὶ αλλος.*  
 Quo jure enim, arbitremur,  
 Jacobo, hic recte factorum  
 necessitatem grauissime com-  
 mendanti, objici posse, eum  
 sola fide contentum esse?  
 Quæ tamen res, eum ab an-  
 tiquæ Vulgatæ auctore non  
 animaduertetur, ita eum  
 perturbauit, vt, contra omnem  
 codicum consensum, senten-  
 tiam Jacobi inuertetur sic: *tu*  
*opera habes, et ego fidem*  
*habeo.* Plerique vero, inter  
 quos *Grotius, Bengelius, Ben-*  
*sonus, Michaëlis, Carpzo-*  
*vinus, Semlerus* alii, eadem  
 forsan difficultate adducti,  
 putant, induci *Christiani-*  
*num, qui fidem sine operibus*  
*jactabat, vt sensus prodeat*  
*hic: possit pius quidam chri-*  
*stianus*

ἔργα ἔχω, ,, Δείξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου,

## VARIAE LECTIOES.

18. χωρὶς pro ex priori legunt A. C. 8. 13. 25. 31. 56. Syr. utr. Erp. Copt. Aeth. Armen. Vulg. Corb. Faustus Regiens. ad Paulin. I. Edd. Colinaei Bezae 3. 4. 5. probb. Castalione, Grotio, Clerico, Bengelio, Drusio, Capello, Hammond, Whitby. Nec dissidendum est, vulgarem lectionem ex memoriae oculorumque lapsu ex proxime sequentibus ἐκ τῶν ἔργων facile oriri potuisse; nihilo secius tamen cum Cell. Griesbachio eandem retinendam censuimus, tum quia codicum longe plurimorum suffulta est auctoritate, tum quia lectio est difficilior, non nisi interpretamento forsitan cum χωρὶς commutata, tum denique quia σου plane langueret. cf. Jo. Andr. Osiander de var. lect. in ep. Cathol. p. 8. sqq. Baumgarten Exam. var. lect. in ep. Jacobi §. 27.

*Ibidem ex τῶν ἔργων σου omittit Oecumenius.*

*Ibidem σου post ἔργων omitt. A. 13. Syr. Erp. Arm. Vulg. Corb.*

*Ibidem σου post πιστῶν omitt. Corb.*

*fianus hominem sola fide contentum ita alloqui: tu quidem in sola profitenda rel. chr. acquiescis, equidem vero et factis eandem comprobare studeo. Jam velim tu quidem religionem chr. factis ostendas, ut ego eandem operibus tibi semper commonstrabo! Cujus quidem interpretationis firmandae causa Ill. Michaëlis observavit, ἀλλὰ in hujus commatis initio non esse particulam aduersatiuam, sed urgentis et instantis disputatoris ut Matth. 11, 8. 9. Luc. 7, 25. 26. quorum tamen locorum longe alia esse videtur ratio. Sed, si quid sentio, verba α. ε. τ. quae objectionem contra ipsam au-*

*auctoris sententiam indicare solent, hanc non admittunt interpretationem, et languida euadere videtur tota oratio. S. V. Knappius vero novam plane, ni fallor, viam ingrediens, aduersarii objectionem paucis his verbis: σου πιστῶν ἔργων contineri, inde vero a verbis καὶ ἔργα ἔχω etc. Jacobi responsionem jam incipere statuit. Quod, si placeat, inquit, possis verba: σου πιστῶν ἔργων interrogando explicare: tunc fidem habes? (tu qui sic disputas, ut dignitati et praestantiae fidei detrudere videaris? Forte quia tu ipse fide cares; propterea eam contemnis.) Jam respondet Jacobus: immo vero,*

σου, κἀγὼ δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου τὴν πίστιν μου.»,

ro, ego etiam facta habeo, h. e. plus habeo quam tu habes, et postulas; non fidem solam, sed cum factis conjunctam. Solet enim formulam α. ε. τ. interrogatio sequi, vt I Cor. 15, 35. cf. Rom. 9, 19. Sed vereor, ne tota haec ratio nimis artificiosa videatur. Tenemus igitur priorem explicationem, ex qua συ — εχω nobis nil amplius est quam ἄλλος πισιν, ἄλλος δὲ εργα εχειν δυναται. i. e. separari potest fides a bonis operibus. Jam respondet Iacobus ad haec: δείξου μοι sc. συ, ὅς εχεις πισιν ἀνευ εργων. Comprobes velim mihi fidem tuam operibus tuis. Quomodo enim, si a factis recessero, cognoscam, te fidem habere? Jam vero post verba δείξου — εργων σε mente supplenda videtur sententia haec: Num fieri hoc potest, vt fidem operibus demonstras, dum hisce plane careas? minime! Vides ergo, πισιν ab εργοις separari non posse. Et sic quidem ironia verbis subesse, et, sensu ne minimum quidem mutato, pro χωρις lectio εν, pluribus fulta auctoritatibus (vid. var. lect.) retineri posse videtur; nisi quod, apprehensa lectione χωρις, sensus adhuc expeditior in oculos incurrat. Eodem nexu et Epistetus ad

pugilem, cuius sibi humeros vult ostendi, vt ex iis de ipso iudicare possit: ΔΕΙΞΟΝ ΜΟΙ τας ωμους κἀγω sc. ὅς εργα εχω. δείξω — μὲν fidem meam veram esse factis tibi comprobabo. Ceterum, cogitanti mihi de dirimendis huius loci difficultatibus, in mentem venit, an non verba συ πισιν εχ. etc. accipi possint sensu hoc: tu quidem ipse in sola fide acquiescis, ego contra factis studeo. Bene, (inquit Iacobus) at vero factis velim ejusmodi studeas, ex quibus religio tua eluceat; ego providebo, vt religio mea chr. factis meis comprobetur. Du magst selbst wohl mit dem bloßen Glauben dich begnügen; ich aber halte es mit den Werken etc. Ejusmodi obiectio eodem nexu occurrit Joh. 9, 28. συ ει μαθητης εμεως, ἡμεις δε τε Μωσῳ εσμεν μαθηται. Tunc verba haec aduersarii essent, Jacobi pietatem atrocissime calumniantis, Iacobusque quasi aduersarium non curans v. 19. adhortari pergeret, vt ne opera a fide sejungerent. Sed quamuis sic verba omni careant difficultate, vix tamen persuadere mihi possum, Iacobum, de factorum probitate a rerum diuinarum scientia non segreganda adeo persuasum, vt talia ab aduersario

19 μου., σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ Θεὸς εἰς ἔστι καλῶς ποιεῖς

rio ei objicerentur, expectare unquam potuisse. Sed videant intelligentiores.

19. Exemplo illustratur sententia comm. 15-17 (cum quibus hic versus arctissime jungendus est) *fidem absque operibus mortuam esse.* σὺ, *supple γὰρ* vel *de*, ut sit: *tu e. g. credis etc.* ὅτι ὁ Θεὸς εἰς ἐστὶ, omnium doctrinarum tum Judaicae tum christianae religionis facile principem (Deuter. 4. 35-39. coll. Marc. 12. 29. 32.) pro qualibet alia doctrina adducit, quo efficacior sit exempli vis. καλῶς ποιεῖς, *et recte id quidem. und das ist allerding's lobenswürdig.* cf. *Epist.* apud Arrianum: *νῦν δὲ ἔλαγεις, καὶ ΚΑΛΩΣ ΠΟΙΕΙΣ.* καὶ, pro *ἀλλὰ καὶ.* τα δαιμονία i. q. οἱ ἀγγελοὶ ἐμαρτησαντες 3. 15. 2 Petr. 2. 4. Jud. 6. vix autem οἱ δαιμονιοῦχοι, ut Matth. 12. 22. Luc. 11. 14. Marc. 3. 10. quos *Wetstenius* vult intelligi. καὶ, pro καὶ οὕτως, *et tamen, quamvis Deum nonnisi unum esse cognitum habeant.* Φρισεῖν vel Φριζεῖν plane respondet Lat. *horre*, et proprie dicitur, *cum pill, setae, siue pennae in animante eriguntur.* Eufath. in Od. τ. p. 706. 2. το δὲ Φρισεῖν, ὅτι κυρίως ΤΡΙΧΩΝ δηλοῖ ΟΡΘΩΣΙΝ, πολλαχῶς δὲ δηλωται. *Etymol.* ΦΡΥΣΣΕΙΝ

κυρίως το ΕΞΟΡΘΟΥΝ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ. Inde et ad alias res erectas siue in altum sublatus transferri solet. *Eufath.* in II. δ. p. 360. 18. το ληίου (ΦΡΥΣΣΕΙ) ἀσαχυσσῶν, ὁ κἄπρος τῆ λοφιῆ, ὁ ἀνδρωπος ταις θριξίν, ἢ μαχῆ ταις ενχειαις, ἢ θαλασσα τοις κυμασιν. Cum tamen imprimis prae timore pilos erigere soleant homines animantesque, Φρισεῖν inde, ut et h. I., omnino significat *timore siue horrore perfundi.* Oppianus Pisc. 2. 379. *Schol.* ΦΡΙΣΣΕΙΝ κυρίως ἐπὶ χοίρε, ὅταν ΦΟΒΗΘΕΙΣ ὀρθῶς ἑαυτὸς τὰς τριχὰς σηση. *Etymol.* ΦΡΙΣΣΕΙ δὲ τις ΦΟΒΩι, ἢ ψυχει, ἢ ὀργῃ. *Eufath.* in II. δ. p. 360. 18. (ΦΡΙΣΣΕΙΝ) ΦΟΒΟΝ δηλοῖ ἐν τῷ — αὶ τριχὰς ΦΡΙΣΣΟΥΤΙΝ, ἦτοι ὀρθῶν ἰσασιν. Plura suppeditabit *Wetst.* *Contremiscere* vero dicuntur angeli mali, *supplicia* nimirum ab uno hoc Deo timentes. Similiter, observante *Albertio*, Orpheus apud Clem. Al. Strom. I. 5. p. 608. de Deo canit: *Δαιμονος δὲ Φρισεσσι.* Jam sensus totius loci ita circumferendus videtur: *etsi, de ipsa primaria religionis chr. doctrina, Deum nonnisi unum esse, vel persuasissimus sis, recte quidem sentis, praeestasque gentibus, qua-*

ποιεῖς καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ — φρίσσουσι.  
Θέλεις δὲ γινῶναι ὡς ἀνθρώπε κενὸς, ὅτι ἡ πίστις 20  
χωρὶς

## VARIAR LECTIONES.

20. κργγ pro νεργα habent 27. 29. Codd. Latini sine dubio ex glossamate.

rum Superstitio plures sibi Deos effinxit; sed tantum abest, ut de sola hac cognitione gloriari, veramque ex ipsa hac cognitione felicitatem percipere possis, ut et angeli mali eadem fruuntur, fruentesque infelicissimi tamen sint, quia huic cognitioni conuenienter non vixerint. Omnem itaque vitam suam ad cognitionem sibi acquisitam componere, hoc virtutis est opus, hic perennis verae felicitatis est fons.

20-25. Jam ad opera Christianis commendanda Abrahami et Rachabae proferuntur exempla, quibus item et Paullus, Rom. 4, 1 sqq. Hebr. II, 31 ad fidem Christianos adhortaturus, utitur, alio tamen, (ut fieri solet in transferendis iisdem exemplis ad diuersas res explicandas) alia horum exemplorum arripiente momenta. Jacobum tamen haec exempla e scriptis Paulinis vix hausisse, multoque minus eum abufui horum exemplorum a Paulo prolatorum occurrere voluisse in prolegomenis jam negan-

dum censuimus. Ξελεύς δε, pro εαν δε Ξελεύς. ανθρωπος κενος, nolim reddi homo, qui vana ducitur spe, vel homo mendax, sed κενος omnino est κενος Φρεων, s. νοος, quod Philo adhibet de princ. creat. p. 369, 4. et migrat. Abrah. p. 457, 30. vel i. q. ματαιος s. ανοητος. Plut. de sui laude p. 541. B. ΑΝΟΗΤΟΥΣ ηγγεμεθα και ΚΕΝΟΥΣ. Sic etiam Latini dicunt, homo vacuus cerebro, inanis, simplex. Plane respondet hebr. קנין et Syriaco קנין, vnde ραυα Matth. 5, 22. explicandum est. Recte Hieronymus ad locum illum Matth. ΠΑΚΑ dicitur ΚΕΝΟΣ i. e. inanis aut vacuus, quem nos possumus vulgari injuria absque cerebro appellare. Pro vario tamen auctoris sine vox κενος vt ραυα modo duriori, vt apud Matth. l. c. modo mitiori sensu, vt et h. l. accipienda esse videtur. Jacobus enim non iracundia sed misericordia commotus errorem istum coërcet. cf. Wetst. in Matth. 5, 22. Verterim h. l. du kurz-sichtiger Mensch. χωρὶς εργα v. 17. q. εαν εργα μη εργα. v. 17. G 5 νεργα

21 Χωρίς τῶν ἔργων νεκρά ἐστίν· Ἀβραὰμ ὁ πα-  
 τὴρ ἡμῶν οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἀνεύχμας Ἰσαὰκ  
 22 τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θουσιαστήριον; βλέπεις, ὅτι  
 ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν  
 ἔργων

νεκρά εἰν. vid. ad v. 17. Jam  
 deest apodosis fere hæc: ἰσθι,  
 ὅτι Ἀβραὰμ etc.

21. ὁ πατήρ ἡμῶν *gentis  
 nostræ auctor* (de quo glo-  
 riosi solebant Judæi, et Ju-  
 daeo-Christiani.) εχ, *nonne*,  
 particula interrog. postponi-  
 tur vero ad augendam orat-  
 ionis vim. ἐξ ἔργων, *pro di-  
 ἔργα, propter facta, non pro-  
 pter solam fidem.* δικαιώθη,  
 (הצדיק) ex ea voc. δικαιω-  
 νης (צדקה) significatione, qua  
*virtutis studium* denotat, quo  
*summo numini* probari, *me-  
 ritæque effugere cupimus sup-  
 plicia*, (vid. ad I. 20.) signi-  
 ficat *impunem, præmiisque*  
*haud indignum declarari.* cf.  
 S. V. Koppii exc. 4. in ep.  
 ad Gal. ἀναφέρειν proprie est:  
*sursum fero, sustollo.* Matth.  
 17. 1. *inprimis* vero, vt et  
 h. l. de sacrificiis adhibetur  
*offerendis.* Hebr. 7, 27. 13,  
 15. 1 Petr. 2, 5. nam et sa-  
 crificia *in altum* tollebantur,  
 vnde עלה (a. r. עלה *ascen-  
 dit.*) quia *totum in altare quasi*  
*ascendit.* ἀνεύχμα, *pro dioti*  
*ἀνεύχμας, latet enim in hoc*  
*voc. torius exempli vis, non*  
*ob fidem sed ob filium ipsum*

*oblatum pro impuni declara-  
 tum esse Abrahamum.* θουσια-  
 στήριον h. l. i. q. βωμος omni-  
 no. Gen. 22, 11. 12. *Tota vero*  
*quaestio illa Ἀβραὰμ — θου-  
 σιαστήριον affirmatiue hoc sibi*  
*vult: omnino ex operibus ju-  
 stificatus est.*

22. βλέπεις *pro* βλ. εν. im-  
 personaliter accipiendum *pro:  
 unde apparet, unde colligitur.*  
 αὐτῶ, ἰσ. τῶ Ἀβραὰμ. καὶ,  
*pro καὶ ὅτι. ἡ πίστις συνήργ.*  
 τοῖς ἔργ. αὐτῶ i. e. q. ἡ πίσ.  
 συνήργ. τῶ Ἀβραὰμ, *ποιῶντι*  
*ταῦτα τὰ ἔργα. fides adjuua-  
 bat facta Abrahami, i. e. fides*  
*adjuuabat Abrahamum, ani-  
 mumque addebat, vt tam præ-  
 clara facta ederet. καὶ ἐκ τῶν*  
*ἔργων ἡ πίσ. ἐτελειώθη, h. e.*  
*τέλεια ἐγενετο δια τῶν ἔργων.*  
*et contra inter agendum αὐτῶ*  
*est fides Abrahami; ita vt to-  
 tus ille locus ἡ πίστις συνήργει*  
*τοῖς ἔργοις αὐτῶ i. esse videat-  
 ur ac: τὰ ἔργα ἐκ τῆς πίσεως*  
*ἐτελειώθησαν, et versa vice:*  
*ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώ-  
 ῃ i. q. ἔργα συνήργει τῆ πί-  
 σει, sensusque prodeat hic:*  
*fidei ad facta, factorumque*  
*ad fidem Abrahami augendam*  
*mutua erat vis, mutuumque*  
*utrius-*



ἔργων ἢ πίστις ἐτελειώθη καὶ ἐπληρώθη ἢ γραφῆ 23

ἢ

utriusque ad justificandum ipsum officium, adeo ut neutrum a neutro sejungi potuisset.

23. Comma hoc arte connectendum cum v. 21., afferunt enim ad illustrandam sententiam ibi prolatam locus V. T. Genes. 15, 6. isque secundum LXX expressus, nisi quod particulam καὶ in locum part. δε substituit Jacobus. καὶ, pro καὶ ἕως, sc. διοτι Αβρ. ἀνεργευσ του Ισαακ. ἐπληρώθη ἢ γραφῆ, formula haec non semper vaticinium denotat impletum, sed saepissime, ut hic, nil amplius sibi vult, quam: accidit id, quod sacri auctores, etsi alio interdum sensu, alicui occasione dicunt; fere ut nos dicimus proverbio fidem factam esse. Nulla ergo in eo difficultas est, quod ea, quae jam Gen. 15. ubi ingens posterorum multitudo Abrahamo promittitur, de eo praedicabantur, post quinquaginta demum annos in immolatione Isaaci, Gen. 22. memoriae mandata, impleta dicuntur. *Vulgatus* dirimendae hujus difficultatis causa habet: et suppleta est scriptura. i. e. supplementum quasi nacta est, quamvis verissima jam antea fuerit. ἐπιευσσε δε Αβρ. Conueniunt omnino πισις Abrahami et

πισις Christiana in eo, quod utraque Dei in promissis servandis veritati innititur; differunt vero in eo, quod πισευσειν dicitur Abrahamus, quatenus fidem habuit singulari promisso diuino, Christiani vero i. n. πισευσειν dicuntur, quatenus religionis chr. praeceptis atque promissis omnino fidem praestant. In laudem fidei Abrahami cf. loca a Ven. Koppio ad Rom. 4, 3. allata. Αβρααμ vitio libroriorum pro Αβρααμ irrepsisse, arguitur Origenes, quia tum, cum promisso diuino fidem habuerit, Abram nondum commutatum fuerit cum Abraham; sed ejusmodi in narrando subtilitatem a populari, quo Jacobus caeterique N. T. vtuntur scriptores, dicendi genere plane alienam esse, quis quaeso non viderit? λογισθηαι vel ελογισθηαι τι τιμ (inprimis autem μισθου τιμ) plane respondet nostrae loquendi formulae: jemandem etwas wofür anrechnen. Dio Chrysost. 48, p. 534, B. εδεν ὅμιμ λογισμαι των τοικτων εδε γαρ οι γονεις τοις τεκνοις αντι των αναλωματων τας ευχας ΔΟΓΙΖΟΝΤΑΙ. Aelian. de An. 3, II. καὶ το μηδεν ἀδικησαι του τροχιλου, ΔΟΓΙΖΟΝΤΑΙ οι μισθον. Plura habet Wetst. ad Rom. 4, 3. Inde tota illa formula: καὶ ελογισθη

ἡ λέγουσα „Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἔλο-

γισθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, ἡρצה יה ביה reddi solet: *Es würde ihm zum Verdienst angerechnet, ex ipso Dei iudicio pie egerat, vel. quod mauult S. V. Koppius (in Rom. 4, 3.) ad benignitatis diuinæ in condonandis peccatis, præmiisque largiendis conspicuæ notionem, vocabulo δικαιοσύνης a Paulo subiectam, attendens, sic: Drum ward er auch von Gott begnadiget. Sed neutra interpretatio ad hunc saltem Jacobi locum videtur idonea, quippe qua fidei nimium tribuitur. Quidni igitur vi oppositi ἐπίστευσε voc. δικαιοσύνη, ἡρצה, pro factō ipso sumamus, vt sensus prodeat hic: und dies Vertrauen würde ihm für die That selbst angerechnet. Jam totius exempli vis ad facta, prae sola fide, Christianis commendanda in eo latet, quod fides ejus non per se, sed quatenus pro factō ipso a Deo accepta sit, φίλος τὸ Θεὸς Abrahamo conciliauerit cognomen. Paulus e contrario, fidem Christianis commendaturus, non haec, sed vocabulum vrget ἐπίστευσε. Jam, quae sequuntur, verba, neque Gen. 15. 6. neque cap. 22. sed quoad sensum ex Jes. 41. 8. coll. 2 Chron. 20, 7. deprompta putauerim. Conflatus itaque videtur hic lo-*

cus ex binis Mosis (Gen. 15, 6.) et Jesaiæ effatis, id quod saepius fieri solet a N. T. scriptoribus. cf. Surenhus. βιβλ. κταλλ. et S. V. Koppii exc. I. in ep. ad Rom. καὶ, pro καὶ οὕτως. Φίλος Θεῷ, ex hebr. אהב, sensu actiuo pro eo sumendum est, qui Deum insigni amore prosequitur, quanquam verba graeca locique contextus et passiuam admittant significationem, vt Φ. J. fit is qui a Deo amatur, ein Liebling der Gottheit. Tristissimum vulgari Judaeorum sermone hoc cognomen Abrahami fuisse, ita vt, in Arabiam quoque dimanatum, Muhammedi innotuerit, qui idem Abrahamum amicum Dei vocare solitus fuerit, (Clein. Rom. ep. I. ad Cor. c. 10 et 17.) III. Michaelis ad h. l. annotauit. cf. Coran. Sur. 4, 124. Abrahamum Deus sibi amicum adsciuit. Philo de Resp. Noë. T. I. p. 401. 4. Φίλον γὰρ το σὸφον Θεῷ μακρόν η δέλον, παρὸ καὶ σαφῶς ἐπὶ Ἀβραὰμ φασιν· μὴ επικαλῶμαι ἐγὼ ἀπὸ ΑΒΡΑΑΜ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ ΜΟΥ. Maxim. Tyr. 20, 6. ὁ μὲν εὐσεβῆς Φίλος Θεῷ — καὶ μακάριος εὐσεβῆς ΦΙΛΟΣ ΘΕΟΥ. Seneca cur bonis male i. inter bonos viros ac Deum amicitia est, conciliante virtute. Plura dabit Weist.

εὐληθῆ

ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, καὶ φίλος Θεοῦ  
ἐκλήθη. ὁρᾶτε = τοίνυν: ὅτι ἐξ ἔργων δικαιοῦται 24  
ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως μόνον. ὁμοίως δὲ 25  
καὶ

## VARIAR LECTIONES.

24. τοίνυν omittunt A. C. 13. 15. 18. 36. Syr. utr. Copt. Vulg. corb. prob. Millio prol. 1248. quare cum Griesbachio omittendi signum adscripsimus.

ἐκλήθη vt hebr. אָבִיךָ pro simpl. אָבִי. Sic Luc. 1, 32. υἱὸς ὑψίστου ΚΛΗΘΗΣΕΤΑΙ, pro: υἱὸς ὑψ. ΕΣΤΑΙ. Matth. 5, 9. υἱοὶ Θεοῦ ΚΛΗΘΗΣΟΝΤΑΙ, pro: ΕΣΟΝΤΑΙ coll. 5, 19. Similiter Sophocles Philoct. 120.

Σοφοῦ τῶν αὐτῶν παγαθῶν ΚΕΚΛΗΘΗ ἄμα. ibidem v. 86. 95. 231. Sic et II. δ, σι

— καὶ οὐνεκα σοὶ παραικοιτις ΚΕΚΛΗΜΑΙ — — pro εἰμι, quod existat eodem nexu v. 58.

24. Jam ex Abrahami exemplo colligit quae demonstranda sibi proposuerat. ὁρᾶτε eodem sensu vt βλέπετε v. 22. τοίνυν, εν. Nos eodem modo: So sehet ihr nun. ὅτι, pro ὅτι καὶ, vel ὅτι καὶ ἄμα, propter voc. μόνον quod jam sequitur. ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη. vid. ad v. 21. ἀνθρώπος, collectine pro οἱ ἄνθρωποι. εἰ ἐκ πίστεως, i. q. εἰ δια τισιν. non propter solam religionis chr. notitiam.

25. Ad Rachabae Jacobus jam pergit exemplum. ὁμοίως sc. vt Abraham. δε est mera particula transeundi. Ρααβ, ε πορνῆ Chananaea Israeliticae religionis cultrix facta Jos. 6, 25. viro Judaeo primario Salmoni Matth. 1, 5. nupsisse dicitur. ἢ πορνῆ, hebr. נָוִי, alii deriuant a Chaldaico נִי אָלֶרֶ, pascere, vt sit: quae hospitio alios excipit; sed nullo argumento, neque ex vsu loquendi, neque ex antiquis versionibus repetito, haec firmari potest significatio. Quid quod in Palaestina, qui alios hospitio publico exciperent, vix fuisse videantur. Gen. 19, 1. 2. Jud. 19, 15. sqq. נָוִי potius Hebraeis est meretrix (a. r. נָוִי scortatus est), quae quidem significatio mihi et h. l. retinenda videtur, quantum sint, qui voc. πορνῆ metaphorice accipi malint, pro muliere idololatrica, quo tamen sensu vocem נָוִי nullibi de muliere singulari, sed vel de tota gente Judaica Jer. 2, 20. Ez. 16, 35. vel de vrbe tantummodo Hiero-

καὶ Ρααβ ἢ πόρνη οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ὑπο-  
δεξαμένη τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἑτέρα ὁδῶ ἐμβα-  
26 λούσα; ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος  
νεκρὸν

*Hierosolymorum* *Jes. I, 21.* me legere memini. *σχίτερ* *um* partic. interrog. ὁμοίως — *πορνη* suppl. *ην.* *Ebenso* *ver-* *hielt sichs mit der Rahab.* Sic efficacior euadit oratio, ac si, deleta post *πορνη* interpunctione, verba haec cum sequentibus junguntur in sensum hunc: *Nonne eodem modo et Rahab meretrix illa propter facta sua pro impuni declarata est? ἐξ ἔργων* et hoc commate valet δι' ἔργα, id quod neruum continet probandi. *Jacobus* igitur *factis*, *Paullus* autem *fidei* hanc tribuit incolumitatem. Recte quidem vterque. *Fidei*, sc. fore, vt *Deus* *Cananaeam* *Israelitis* possidendam concederet, (nam de alia fide cogitari nequit) sine qua factum illud non suscepisset, *factis*, sine quibus fides illa nihili pendenda fuisset. *ἐδικαιώθη* *pro impuni declarata est*, adeoque in expugnatione *Hierichuntis* cum diffidentibus non perit. *οὐ συναπλωλετω τοις ἀπειθήσασι* *Hebr. II, 31.* ὑποδεξαμένη, pro *δοιοι ὑπεδεχετο.* ὑποδεχομαι vero i. q. *εὐδεχομαι* excipio. *τας ἀγγελος* i. e. *τας κατασκοπας.* nuntios ad explorandam *Palaeestinae* conditionem a *Josua* ablegatos. ἑτερα

*ὁδῶ*, *alia via* sc. ac *venerant.* i. e. *via insolita* sc. *per fenestram.* *ἐμβαλλειν* non differt hoc nexu ab *επιπεπειν*, siue *αποσελλειν*, *Marc. I, 12.* coll. *Matth. 4, 1.* *Luc. 4, 1.* nisi quod *ἐμβαλλειν* h. l. *festinationis*, vt *Matth. 13, 52.* et *Joh. 10, 4.* *multitudinis*, *Matth. 10, 38.* vero vtramque, cum *festinationis* tum *multitudinis* inuoluere videtur notionem cf. *Raphelii* annot. *Polyb.* p. 69. Ceterum quaerendo affirmatur hoc: *omnino Rahabam propter facta esse iustificatam.*

26. Fide denique bonis operibus destituta cum corpore exanimi comparanda, materiae tractandae finem facit *Jacobus.* *πνευμο*, vt *hebr.* *רוח* h. l. pro *anima* vel *ψυχῃ* positum est. *νεκρον* est, *mortuum est*, adeoque *vi caret.* vid. ad v. 17.

His jam ita ex linguae rationibus explicatis, quaestio illa a *Viris doctis* centies ventilata, *quomodo Paullus et Jacobus*, quorum ille salutem nostram a sola fide pendere affirmat (*Rom. 4.*) hic vero negat, *inuicem conciliandi sint*, ex nostro quidem sensu plane euanescere et ne vrgenda quidem

νεκρόν ἐστίν, οὕτως καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων  
νεκρά ἐστίν.

Μη

dem videtur. *Primum enim alius alio sensu vocabula πίστεως et ἔργων accepisse manifestum est. Illis enim Paulo valere fiduciam in Deo propter Christum collocatam, Jacobo contra scientiam atque notitiam religionis Christianae omnino: τα ἔργα vero Paullum intelligere de actionibus ad legem Mosaicam, Jacobum contra de actionibus ad religionem christianam accommodatis vtriusque loci contextus clamat. Jure igitur Paullus omnem salutem nostram non ab ἔργοις, i. e. ab observandis legibus Mosaicis, sed a sola ἰσθὶ h. a fiducia in merito I. C. reposita pendere affirmat; non repugnante tamen Jacobo qui, in argumento longe alio tractando versatus, solam πίστιν i. e. religionis chr. notitiam ad salutem impetrandam minime sufficere contendit, nisi ἔργα h. facta accesserint ejusmodi notitia digna. Vides igitur vtriusque loci argumentum, in summa licet verborum similitudine, re tamen maxime diversum esse, nec vilo modo diuicem conciliari, imo ne comparari quidem debere. Deinde vero, si vel maxime Jacobus de fide eadem operibusque iisdem loqueretur, de quibus Paulo*

sermo est, me tamen et netum quidem hoc dissensu perturbatum iri ingenue fateor. In eodem enim argumento tractando aliud scriptoris consilium aliud scribendi genus requirit. Quis quaeso — vt exemplo sententiam illustrem — quis quaeso dubitauerit, virtutis studium in homine, quem animo imbecillum, viribus suis diffidentem, et de virtute sua desperantem deprehenderit, ita excitare atque inflammare, vt satis firmis viribus praefidiisque eum ad recte beateque viuendum necessariis vtrique a natura instructum esse omni modo et ratione ipsi persuadeat, contra vero eorum, qui tantum, non omnem virtutis laudem sibi, suis viribus, suoque merito arrogant, superbiam ita reprimere, vt omnem virtutis amorem, omnesque ad eam colendam ingenii animique vires non a nobismet ipsis sed a solius Dei benignitate proficisci ipsis demonstret! Neutrum profecto loquendi modum, quia vterque diuersum consilium sequebatur, vanum et ineptum esse contendere ausim. Jam si haec transferantur ad locum Paullinum, in quo negari non potest, vnicum Paulli consi-

III. Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί

φίλοι

consilium fuisse, vt Judaeos, qui de virtute ac dignitate sua quasi proprio studio propriisque viribus sibi comparata insolentius gloriabantur, a vanissima hac reuocare arrogancia: et ad locum nostrum, in quo Jacobo cum hominibus in sola fide acquiescentibus res est; quid mirum si Paullus ad Christianorum animos eo magis commouendos ardentiori studio fidem, posthabitis operibus, Jacobus vero opera, neglecta quodammodo fide, Christianis commendauerit! Sed haec pro instituti nostri ratione jam sufficient. Alios quidem aliter in hoc argumento dijudicando versari scio, quorum tamen sententias recensere atque examinare hic nolo, veritus, ne toties recocta taedium demum creent. Copiosius de hac re disseruerunt *Bullus Harmon. apostol. p. 34. sqq.* (existat in Opp. ejus ed. *Grabe.*) *Cell. Michaelis Einleitung etc. Tom. II. p. 1129.* alii.

Cap. III. I. Nexus cum Cap. praeced. si quis adest, hic esse videtur. Cohortatus erat Jacobus Cap. praeced. Christianos, vt vitae inprimis honestati operam darent, nec in cognoscenda tantum religione chr. acquiescerent;

quare, vt factis egregiis aliis virtutis exemplo esse, quam in munera doctorum publica sese ingerentes coram tota concione alios docere malint, eosdem cohortari jam pergit. Et sic quidem redit ad argumentum Capitis I, 19 21. Christianis idemdem inculcandum, in quo quidem explicando supponendum esse jam supra monuimus, fuisse et inter Christianos, ad quos scripsit Jacobus, qui nimia publice in ecclesia docendi cupiditate flagrarent, quam Jacobus jam aliquo saltem modo reprimere conatur. Quae quidem cupiditas, quanta inter Christianos tum temporis fuerit, illa *Clementis Rom. ad Corinthios* abunde testatur epistola, in qua id agit auctor, vt reuocet Corinthios ad sectandos denuo doctores priscos, quorum in locum duos iuuenes, muneris ecclesiastici cupidissimos, sufficere conati fuerant. vid. §. 44. 57. inprimis vero §. 47. (ad quam et Bensonus praecipue vult attendi), vbi *pendendum et christianae fidei professione indignum, ait, ecclesiam Corinthiorum, constantiae et antiquitatis laude illustrem, duorum hominum causa contra seniores suos seditionem moliri. μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, vel* (quanquam non sine

φοί μου, εἰδότες ὅτι μᾶλλον κρίμα ληφόμεθα πολ-

sine duritie πολλοὶ cum verbo sec. pers. jungatur,) accipiendum est pro: βλέπετε ἵνα μὴ πολλοὶ διδ. γινώσκωσι, vel, quod praetulerim, πολλοὶ h. l. valet πάντες, quo sensu saepius obuium est, vt sit: *ihr müßt nicht alle Lehrer werden wollen*, vel magis accommodate ad verba auctoris: *Es müssen eurer nicht zu viele Lehrer werden wollen*. Carpzouius vero et alii, qui διδασκαλοὶ reddunt per cauillatores, πολλοὶ positum esse putant pro πολὺ, πολλὸν ἢ αἰ. identidem, perpetuo, vt 2 Cor. 6, 10. πολλὰς, et apud nostrum versu statim sequente, πολλὰ pro αἰ; vt sensus prodeat hic: *ne identidem et nimis reprehensores estote!* Quod si vero διδάσκ. sensu proprio pro doctōribus retinueris, sensus esset: *ne nimii sitis in docendo*, cuius tamen vitii nescio an rei fuerint Christiani. διδασκαλοὶ nomen honorificum, Judaeis i. q. ραββί Joh. 1, 39, 20, 16. quem titulum impense amabant inprimis Pharisaei, Matth. 23, 7. Alii vero διδ. accipiunt pro ὑπερταῖ, satyrici cauillatores, ita vt toto hoc loco linguae vitia omnino, reprehensiones puta, conuitia, loquacitas, et i. g. a. prohiberentur; sed haec a voc. διδάσκ. plane aliena videtur significatio. Jam

rationem subjungit Jacobus, cur parum exoptandum sit doctoris munus. εἰδότες, pro εἰδῆτα γὰρ. κρίμα, si redditur per *judicium*, κρίμα λαμβάνειν i. e. q. κρινεῖσθαι, *judicari*. μᾶλλον, sc. εὐν διδασκαλοὶ εἰσμεν, ἢ εὐν μὴ διδ. εἰμ. Nos: *zu groß*. ληφόμεθα, modestiae causa semetipsum non eximit ejusmodi hominum numero. Sensus est: *penitius Deus in nostram agendi rationem inquirat, et plura a nobis, qui aliorum doctores sumus, requirat, quam ab aliis.* (*Wir ziehen uns eine zu große Verantwortung zu.*) Sed κρίμα quoque ex hebr. עָוָו idem esse potest q. κατὰ κρίμα, πῶν, οργή. 2 Petr. 2, 3. Rom. 2, 3. quae quidem loquendi ratio inde orta est, quod Deus in beandis puniendisque hominibus throno quasi insidens iudicis sententiam dicere Hebraeis aliisque gentibus putabatur atque dicebatur. Tunc κρ. λαμβ. i. e. q. κατακρινεσθαι, et sensus hic: *grauiori supplicio obnoxii habemur, si doctores sumus, ac si non sumus.* Vterque sensus fere idem. cf. cum loco nostro egregium illud *Simpl. in Epict. p. 294. ε το απλως αρισον επιτηθευεν χρη, αλλα το των ημιν συμετρων αρισον. εδεν γαρ εν ασυμετροις υποδοχαις επιγινεται. Διο χρη μη προπετως τα μειςζονα*  
H προσω-

2 πολλά γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι

προσωπεία περιβαλλασθαι ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΥ, ἡ φιλοσοφία, ἡ ἐν νῆϊ κυβερνήτης, ἡ ἐν πολεὶ ἀρχόντος. Καλλίον γὰρ ἐν ὑφεμένῳ προσωπῷ εὐδοκίμειν περικρατεῖν τὰ προσώπα, καὶ ὑπερβαλλόντα αὐτοῦ ἡ ἐν ὑπερέχοντι ἀχήμευσιν, ἀπολείπομενον τῆς ἀξίας αὐτῆ. καὶ καλλίον παιδαγωγὸν αἰετὸν εἶναι, ἢ διδασκαλὸν ἀτελεῖ. Aboth. I, 10. *dilige laborem, et odio habe Rabbinitum.* Chryso-stomus in 13. ad Hebr. Βαβαί, ποσὸς ὁ κινδυνός; τί ἀντίς εἰποι πρὸς τοὺς ἀθλοῦς, τοὺς ἐπιρρυπτόντας ἑαυτοὺς τοσαύτη τιμωρίῳν ἀβύσσῳ; πάντων ἀνδρῶν ἀρχαίς γυναικῶν, καὶ ἀνδρῶν, καὶ παιδῶν, συλλογῶν διδασκῶν τοσαύτῳ πυρὶ τὴν κεφαλὴν ὑποτίθης; — εἰ γὰρ οἱ ἀναγκῆ ἐλομένοι κδεμίαν ἐχέσι καταφυγὴν καὶ ἀπολογίαν κακῶς τοπραγμα οἰονομικντες καὶ ἀμελεῖντες. (exemplo adducuntur Aaron, Moses, Saulus) ποσῶ καλλίον οἱ σπερδὴν ταυτην τιθεμένοι καὶ ἐπιρρυπτόντες ἑαυτὰς; ὁ δὲ τοικτος πολλῶν πλείον αὐτοῦ ἀποσερησει πασης συγγνωμης. δεδοικεναι γὰρ χρη καὶ τρεμειν, καὶ δια το συνειδος, καὶ δια του ογκου τῆς ἀρχης.

2. Additur causa, cur ferrius in doctores iudicium

olim fit exercendum, nimirum, quia, cum tam ardua sit res, linguae temperare, saepissime lingua abuti soleant. πολλά, pro κατὰ πολλά, πολλῶς, saepissime. πταίομεν. vid. ad Cap. 2, 10. *peccamus, delinquimus* sc. *jam in aliis rebus, quibus non tantae peccandi insunt illecebrae.* ἅπαντες, nullo excepto. Ex tanta locorum similitudine a Wetsteno, Grotio aliisque ad h. l. congestorum abundantia vnum affero *Philonis de Agric.* quia ad voc. nostrum πταίομεν proxime accedit: χαλινοῦ γὰρ ὡσπερ τοὺς δρομικοὺς ἀρχάμευτος ὁδὸς τῆς πρὸς εὐσεβείαν ΑΠΤΑΙΣΤΩΣ καὶ ἀπνευσι διευθυναί τον δρομον, ἐπειδὴ μυρία ἐμποδῶν παντὶ τῷ γενομένῳ. — Σπανίον ἐν εἰ τῷ δωρησεται ὁ Θεος ἀπ' ἀρχῆς ἀχρητέλης σαδιδουται του βιον μητ' οὐλασαντι μητ' ὀλισθησαντι, ἀλλ' ἐκατεραν Φυσην ἀδιημάτων ἐκουσιων τε καὶ ἀκασιων, ρυμη καὶ φορᾶ ταχῆς ὑπεριπτηναι. cf. Eccl. 7, 20. εἰ τις, pro εἰ δὲ τις, ἐν λόγῳ, i. q. ἐν τῷ λεγειν, f. λαλῆσαι, I, 19. i. e. ἐν τῷ διδασκειν, f. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, in qua tam facile delinquere possumus. ἐν λόγῳ πταίειν, non differt ab 8 χαλιναγωγῆσαι τὴν γλωσσάν, I, 26. et ἐν γλωσσῇ ἀμαρ-



σαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα.

~ ἴδε: τῶν ἵππων τοὺς 3

χαλι-

~ εἰ δὲ

ἀμάρτανεν. apud LXX Pl. 39. I. Verterim sic: *Wir sündigen alle ohnehin schon so oft, wer nun vollends (δε) mit der Zunge nicht sündigt, der ist vollkommen.* ἴστος τελειος ἀνὴρ, sc. est, virtutis habita ratione. ἀνὴρ superfluum est. τελειος vero non ad metaphysicam reuocandum est subtilitatem, sed ex populari dicendi genere nil amplius sibi vult, quam *vir eximius*, qui idem v. 13. σοφός καὶ ἐπισημων vocatur. *Isoerat.* panathen. τέτρες Φημι καὶ Φρονιμασειναι, καὶ ΤΕΛΕΙΟΤΣ ἀνδρας, καὶ πασας εχειν τας ἀρετας. *Cell. Michaëlis*, veritus, vt dictio τελειος ἀνὴρ, adiectiuo nimirum ante substantiuum posito, graecis auribus satis placeat, τελειος commate a caeteris separari, ἀνὴρ vero cum sequentibus jungi vult sic: ἴστος τελειος, ἀνὴρ δυν. χαλ. etc. Sed ipse *Isoocrates* in *Orat. Panathen.* (quem locum *Wetst.* ad h. l. attulit) diserte habet τελειος ἀνδρας. Maneat itaque inter punctio vulgaris, quam a legibus grammaticis non omnino alienam esse *Vir Cell.* ipse fatetur. δυνατος, pro καὶ δυνατω. Nos: *vermögend, im Stande.* ὅλον τὸ σῶμα, vi oppos. γλωσσα reliquas designat peccandi illecebras. *Grotius*

vero *σωμα de corpore ecclesiae* intelligit, cui tamen *Benionus* iure opposuit: nec solum hoc voc. vnquam significare ecclesiam, h. l. nil vero addi, vnde pateat metaphorice accipiendum esse, nec χαλιναγωγειν conuenire ecclesiae, nec denique similitudines quae sequuntur v. 6. *Grotio* fauere. χαλιναγωγειν, ab equis domandis ad linguam coërendam transferri solere iam ad I, 26. annotauimus. Et huic quidem ipsi loquendi formulae χαλ. την γλωσσαν, quam forsitan in mente adhuc habuit, opposuisse videtur alteram hanc, eamque minus solennem: χαλ. ὅλον τὸ σῶμα. i. e. reprimere reliquas omnes ad peccandum illecebras, vt nec simus παροινοί, nec πληγταις, nec αἰχροκερδαις, sed ἐπιεικεις, ἀμαχοί, ἀφιλαργυροί etc. Sic *Zenonis* illud dictum seruauit *Laërtius*: κρειττον ειναι τοις ποσιν ολισθειν, ἢ τη γλωσση.

3. *Carprouinus* comma hoc cum antecedentibus ita iungit „qui os et linguam commiscuit suam, totum corpus gubernare potest: aequè vt, „qui saltem os equi frenat, „totum corpus equi circumagitur. „ Malim tamen v. 3. et 4. iisdem loquendi formulis

H 2

lis

χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ πει-  
θεσθαι

## VARIAE LECTIONES.

3. ἰδὲ A. C. 2. 4. 6. 7. 11. 13. 14. 16. 17. 21. 22. 26. 30. 32. 33. 38. 46. 50. Ed. Complut. Plantin. Bengelii Genev. Damascen. γ. 16. prob. Griesbachio. εἰ δὲ 1. 5. 8. 9. 10. 15. 17. 18. 25. 31. 35. 36. 40. 41. 45. 47. Vulg. Coep. Aeth. Arab. Occum. Nobis quidem εἰ δὲ probabilior visa est lectio, quia est longe difficilior, siquidem apodosis deesse videri poterat librariis, (quae tamen verbis καὶ sqq. absoluitur,) adeoque εἰ δὲ facilius in ἰδὲ, quam ἰδὲ in εἰ δὲ transmutatum esse probabile est. Adde commati 2 eandem plane subesse verborum constructionem. Accedit denique, quod Jacobus ἰδου septenis vicibus 3, 3. 4. 5. 5. 4. 7. 9. 11. ἰδὲ vero praeter hunc locum haud amplius adhibet. Jacobum vero non variandarum loquendi formularum causa h. l. ἰδὲ et v. 4. ἰδου adhibuisse, id indicio est, quod tum prima vice frequentius ipsi ἰδου, et tunc demum ἰδὲ adhibuisset. In ea tamen codicum multitudine et gravitate, qui lectionem ἰδὲ tuentor, signo " nonnisi forsitan ἰδὲ cum εἰ δὲ commutandum esse indicatum volumus.

lis quasi inuicem junctos referri ad v. 5. ita, vt utroque exemplo *res exiguas magna per saepe mouere, confirmetur.* ἰδὲ, si sana est lectio, respondet hebr. קחל פ. קח, ac periodos periodis jungit. Quodsi vero lectionem εἰ δὲ nobiscum praetuleris, inde a verbis καὶ ὄλου etc. incipit apodosis. vid. var. lect. των ἵππων — βάλλομεν, ordo verborum sic instituentus est: εἰς τὰ στόμα. τ. ἵππ. τὸς χαλ. βαλλ. Similis verborum transpositio deprehenditur Joh. 12. 47. εαν τις με ἀκούσῃ των ρημάτων, pro: ε. τ. των ρημ. με ακ. χαλινας, vtitur Jac. numero plurali, quia de pluribus equis

fermo erat. χαλινας εἰς τὰ στόματα βάλλειν, alias vno verbo est χαλινας. Philo de M. O. p. 19. E. το γε θυμικωτατον ζων ἵππος, ραδιως ἀγεται ΧΑΛΙΝΩΘΕΙΣ. Expeditior fuisse constructio haec: ἰδὲ, τοις ἵπποις χαλινας εἰς τὰ στόμα. βαλλ. Sic Aelianus v. h. 9, 16. χαλινον ἵππῳ ἐμβαλλειν. πρὸς τὸ πειθεσθαι αὐτὸς ἡμῖν, i. e. ἵνα πειθῶνται ἡμῖν. πειθεσθαι et alii scriptores de equis adhibent. Aristides T. 2. p. 245. καὶ ἔτι ὁ ἵππος ἐπι ἐδυνατο ὑπο τὸ τραυματος ΠΕΙΘΕΣΘΑΙ, παντα του ἐμπροσθεν προνον παρεχων ἑαυτον εὐπειθη. καὶ, pro καὶ ἔτιως. ὄλου το σωμα αὐτων

θεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μεταίχομεν. Ἴδου καὶ τὰ πλοῖα τηλικαῦτα ὄντα, 4 καὶ ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα μεταίχεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου, ὅπου ἂν ἡ ὄρμη τοῦ εὐθύ-

αὐτων μεταγ, i. e. ὅλας τὰς ἰππεὺς μεταγ und so haben wir das ganze Pferd in unserm Gewalt. cf. cum tota hujus loci sententia Pl. 32, 9. Sophocl. Antigone 483. σικκῆ καὶ χαλινῶ δ' αἰδᾷ τὰς θυμῶμενες ἰππεὺς καταρτοθῶντας. II. τ. 393. Xenophon de re equestri. Plura vid. apud. Wetst.

4. idē, vid. ad v. 3. καὶ, h. l. adeo. Joh. 4, 24. grauioris enim momenti jam additur exemplum. τηλικαῦτα ὄντα, i. e. καίπερ τηλικαῦτα ὄσι. quamvis talia, h. e. tam magna sint. Inde Jes. 33, 21. πικρῆ πικρῆ vocantur, et de iisdem Virgilis

— Credas innare reuulfas Cycladas. — — —

καὶ ἐλαυνόμενα, pro καὶ ἐλαυνόμεναι μὲν, vel καὶ, καίπερ ἐλαυνόμεναι, et quamuis huc illuc fallentur. σικκῆρος, proprie quidem durus, metaphorice autem, vt et h. l. vehemens. ἀνεμοὶ σικκῆροὶ itaque venti vehementes, hebr. πικρῆ πικρῆ Jon. 1, 4. Arrianus exped. 1, 26, 3. τότε δ' ἐκ νοτῶν ΣΚΛΗΡΩΝ βορρᾶν ἐπιπνευσάντες. Aelian. v. h. 9, 14. ἵνα μὴ ἀνατρέ-

πηται ὑπο τῶν ἀνεμῶν, εἰποτε ΣΚΛΗΡΟΙ καίπερ. Duplex igitur huic exemplo inest momentum: ipsa nauis moles, ventorumque, qua agitatur, vehementia. μεταίχεται, pro simpl. ἀγεται, suppl. καὶ ὁμοῦς μεταγ. εὐθύρειν, proprie quidem complanare, deinde vero dirigere. syn. verb. μεταίχεται, s. ἰθύνειν, et cum de auriga tum de gubernatore usurpatur. vid. Valkenaer. ad Eurip. Hipp. 1226. p. 296. Philo de Conf. ling. p. 336. D. Φίλει γὰρ εἶναι ὅτι χωρὶς ἡμῶν τε καὶ κυβερνήτων ὅτι ὁ πλοῦς καὶ ὁ δρόμος ΕΥΘΥΝΕΣΘΑΙ. Plura Loesnerus. Inde ὁ εὐθύρειν h. l. i. q. ὁ εὐθύρειν, quem poëtae Latini rektorem vocant, Virg. Aen. 5, 162. et syn. voc. κυβερνήτης, gubernator. ἡ ὄρμη τε εὐθύρειντος, alii vertunt voluntas gubernatoris, sed vix voc. ὄρμη voluntati conuenit; alii impetus nauigio a gubernatore impressus. (der Schuß welchen das Schiff durch die Kunst des Steuermanns bekommt), sed cur potissimum singularis haec, nec quaelibet omnino nauis commotio per gubernatorem facta h. l. com-

5 εὐθύνοτος βούληται ὄτω καὶ ἡ γλώσσα, μικρὸν

memoretur, et quomodo solo gubernaculo, nisi ventorum simul vis accedat, impetus ille imprimi possit navigio, equidem non assequor. Nobis quidem ἡ ὄρμη est celerior illa gubernaculi commotio, quae nautis, tempestate agitata, modo huc modo illuc dirigenda est. Ceterum haec verba nil amplius sibi volunt quam: ὅπως βεληται, allenthalben hin. cf. Joh. 3, 8. το πνευμα, ὅπως θελει, πνευ. Pertinet huc Cretetii versus:

Ventus subtili corpore tenuis

Trudit agens magnam magno molimine nauim,

Et manus vna regit quanto vis impetu euntem

Atque gubernaculum contorquet quolibet vna.

*Aristotel. Q. Mechanic. 5. το πηδαλιον, μικρον ον, καὶ ἐπ' ἐξατω τῷ πλοιῷ, τοσαυτην δυναμιν εχει, ὡς ἐπὶ μιᾶς οιαντος, καὶ ἑνος ἀνδρωπε δυναμεις, καὶ ταυτης ηρεμιας, μεγαλα κινεισθαι μεγαλη πλοιων.*

5. Transferuntur jam exempla haec ad linguam, quae eadem, quantulacunque sit, magna tamen moliat. ὄτω, sc. ὡς οἱ χαλινοὶ καὶ ἡ ὄρμη του εὐθύνοτος. ὄτω καὶ ἡ γλώσσα, sc. est. So auch mit der Zunge, fed, quod dudum

jam monuimus, (C. 2, 25.) et omissa post γλ. interpunctione, verba haec statim cum sequentibus jungi possunt, μικρον μελος εστι, pro κατερ μ. μ. ε. vel μικρον μεν μ. ε. καὶ, pro καὶ ὁμοως. μεγαλαυχειν, proprie quidem est superbire, Hef. μεγαλαυχει, σεμνυνεται, καυχεται. Glossar. glorior μεγαλαυχω. Quam si retinueris significationem, Jacobus hac similitudine vti videtur, ad notandam διδασκαλων v. I. commemoratorum superbiam, qui magniloqua oratione, quoquo vellent, flattere alios posse gloriabantur. Sed ex nexus ratione μεγαλαυχειν h. l. pro μεγαλα ποιω (hebr. נבא) omnino positum esse putauerim. Quantas res vero lingua efficiat, disce ex Prov. 10, 20. 12, 18. 14, 3. 15, 2. 7. 17, 14. 18, 6. 7. 8. 20. 21. Cohel. 10, 12. 13. 14. Sirac. 28, 13. 2 Petr. 2, 18. Ceterum, linguae cum freno et gubernaculo comparatio, et externis scriptoribus solennis est: Plato Axiocho. ἡνικαι καὶ μαστιγι τας ἰπτας ἰθυνομεν καὶ ναυτιλλωμεθα, πη μεν τοις ἰσιοις την ναυν ἐκτετασαντες, πη δε ταις ἀγνοραις χαλινωσαντες καταβυθομεν. ἔτω κυβερνητεον την γλωτταν, Ἀξιοχε, πη μεν τοις λογοις ὀπλιζοντες, πη δε σιωπη κατακυναζοντες.

πρὸν μέλος ἐστὶ, καὶ μεγαλαυχεῖ. Ἴδου ὀλίγον πῦρ ἢ  
 ἡλίαν ὕλην ἀνάπτει; καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος  
 τῆς

## VARIÆ LECTIONES.

6. αὐτως omittunt A. 27. Syr. Eyr. Syr. post. c. aster. Vulg. Corb.  
 Antioch. Damasc. Isidor. pelus. probb. Bengelio, Grotio, Griesbachio.

6. ἰδς — ἀνάπτει, a v. 5.  
 ad comma 6. rejicienda cen-  
 suimus, incipit enim noua  
 similitudo, qua, *exiguas res  
 magna etiam mala mouere  
 posse docetur. ὀλίγον Ἀμμον-  
 νιο interprete, καὶ μικρὸν δι-  
 αφέρει· τὸ μὲν γὰρ ὀλίγον ἐπ'  
 αὐθιμῶ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγα-  
 θῆς τασσεται. Sed, additidem  
 ille, Ἀριστομῶς ἐν ὑπομνηματι  
 εὐκαλεῖ· ἐπὶ σοιχεῖς ὀλίγην μι-  
 κρὰν ὑπαλλαντιμῶς — καὶ Ὁ-  
 μηρος διΦρον ἀεικελιον παρα-  
 θεῖς, ὀλίγην τε τραπεζαν, τὴν  
 μικρὰν. cf. Eustath. in Il. ε.  
 p. 464. 46. in Od. I. p. 374.  
 Io. et κ. 94. Sic et h. l. ὀλι-  
 γόν pro μικρὸν vsurpatur. ἡλι-  
 κην ὕλην, qualem siluam, pro  
 quantam siluam. ὕλη, sunt qui  
 materiam omnem quae incendi  
 potest, sunt etiam qui siluam  
 vertant. Praefero posterius,  
 quo, si quid sentio, totius  
 imaginis vis mirifice augetur.  
 Nec defunt in scriptoribus an-  
 tiquis loca de filuis incendio  
 correptis atque deletis. cf.  
 Homeri Il. β, 455.*

— πῦρ αἰδήλον ἐπιφλεγει  
 ἀσπετον ὕλην.

ἄρεος ἐν κορυφῆς. — —

Plura loca collegit Wetst. qui-

bus adde Corn. Nep. Miltiad.  
 Cap. 7. ἀνάπτει, pro ἀνάπτειν  
 δυναται. Non alienum ab h.  
 l. prouerbiū lat. *ex scin-  
 tilla incendium. καὶ, ἔτω καὶ.  
 ἡ γλῶσσα πῦρ, sc. ἐστὶ. i. e. ὁμοία  
 ἐστὶ πῦρι. ἀδύνα, πραγματὰ  
 ἀδύνα. ὁ κόσμος τῆς ἀδύνας,  
 verte vel ornamentum vel com-  
 plexum impietatis. Quid prae-  
 feram ipse, nescio. Plura de  
 hac dicendi formula dabimus  
 exc. 3. quorum etiam singu-  
 las singulorum interpretum  
 rationes pro instituti ratione  
 rejiciendas censuimus. ἔτως,  
 sc. ὡς πῦρ ἐν τῇ ὕλῃ. Sen-  
 sus est: *lingua haud raro  
 idem est in membris nostris,  
 quod ignis in siluam immis-  
 sus. καθεσταται collocata est, pro  
 simpl. ἐστὶ. vid. Raphaelii an-  
 not. ex Herodoto. ἡ σπιλεσα,  
 pro καὶ σπιλει. σπιλεν vero  
 proprie est contaminare, mac-  
 culare, Jud. 23. deinde, vt  
 hic, contagio insficere, an-  
 stecken, plane vt μαινει Hebr.  
 12, 15. Sensus est: *lingua  
 nequitiam quasi in omnes cor-  
 poris partes diffundit, i. e. pec-  
 catorum multorum fomes est.  
 Φλογιζῶσα, καὶ Φλογιζει. Lo-  
 quendi ratio ab igne, de quo  
 paulo***

τῆς ἀδικίας οὕτως ἢ γλώσσα κατίσταται ἐν τοῖς  
μέλεσιν ἡμῶν, ἢ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα καὶ φλογί-  
ζουσα

paulo ante sermo erat, repe-  
tita est. Ad verbum: *et in-  
cendit totius vitae decursum,  
suscitando nimirum odiorum,  
dissidiorum, seditionum incen-  
dia*, i. e. ubi ab imagine re-  
cesseris, vitam nostram per-  
dit, miseriam reddit. Sic  
et Philo 2 alleg. p. 102. D.  
vocabulary huic propinquum  
φλεγεν de *summa pernicie*,  
quam perturbationum impor-  
tunitate mens patitur, adhi-  
bet. *τοτε γαρ, εἰ δεῖ τ' ἀλη-  
θες εἶπαι, ἐμπιπραται ΦΛΕ-  
ΓΟΜΕΝΟΣ ὁ υἱος, των αἰ-  
σθησεων την ΦΛΟΓΑ, ἐγειρε-  
σων, τα αἰσθητα υποβαθλημε-  
νων. τροχον της γενεσεως*, i. e.  
ὄλην την ζωνῆμῶν, vel του χρο-  
νου τε βίη. 1 Petr. 4, 3. Corio-  
sius hanc formulam explicauit  
rationes adduximus, exc. 3.  
γεννηα compos. ex *νη* et *διδ*  
*proprie vallis filiorum Hinnom*,  
in quo Israelitae quondam  
liberos suos brachiis igniti  
Molechi simulacri, bouis quo-  
dammodo imaginem reprae-  
sentantis, inter tympanorum  
sonum, inaudita immunitate  
impositos, flammis consumen-  
dos tradebant. Deinde vero,  
quia locum istam postea abo-  
minati sunt Judaei, metony-  
mice et *infernus* sic dictus est,  
ubi igne, quo nullum crucia-

tum nouerant crudeliorem,  
tam *daemones improbos* quos  
in quolibet Iudaeorum cultu  
rem potissimum habere exi-  
stimabant, tum vero etiam  
*homines impios* angī sibi fin-  
xerunt. Hinc denique h. l.  
ponitur pro *igne infernali*.  
Sic quoque *Syrus* et *Arabs*.  
φλογίζουσαν, vim futuri huic  
voc. post *Syrum* tribuunt *Gro-  
tius*, *Millius*, *Bensonus*, *Stor-  
rius*, alii, quali scriptum es-  
set φλογισομενη, sensu hoc:  
*lingua quae totum vitae cur-  
sum incendit, denno ardebit  
inflammata et dis cruciata a  
Gehenna*. Dabito tamen, an-  
nulla necessitate urgente, ita  
tempora inuicem commutare  
liceat. Quare φ. δ. τ. γ. ite-  
rum poetice dicta et ita resol-  
uenda censeo: *διότι καὶ αὐτῇ  
φλ. εἰς δ. τ. γ. cum et ipsa  
incensa sit a flamma infer-  
nali*, i. e. cum res adeo ab-  
ominandas molitur, vt ex  
ipso inferno quasi sursum  
ascendisse, vel a daemoneibus  
originem traxisse videantur.  
cf. cum hoc commate Prov.  
16, 27. Ps. 120, 3. 4. Ben.  
Sira. Ignis ardens comburit  
multos frugum aceruos. Schol-  
iastes scribit, nihil esse quod  
orbem terrarum magis va-  
stet, quam mala lingua. Targum in Ps. 120, 2. Lin-  
gua

ζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, καὶ φλογιζομένη ὑπὸ  
τῆς γέννης. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, 7  
ἔρπε-

gua dolosa — cum carbonibus juniperi, qui incensi sunt in gehenna inferne. Vajicra 16. et Midratch Thehillim 82, 3. et 120. 2. veni et vide, quanta incendia lingua exci-  
tat. Thanchuma p. 158. 2. dixit S. B. gehennae: ego superne, tu inferne. Ego spargam in linguas malas tela superne, et tu convertes supernos carbonis inferne: et sensum magis quam imaginem hujus loci exprimit Euripides:

Σμικρὰς ἀπ' ἀρχῆς νεπέρας  
Ἰρωτοῖς μάχη  
Γλωσσ' ἐκπορίζει. — —

7. 8. Jam linguam ipsis feris domatu difficiliorem esse contendit Jacobus. γὰρ, mera transeundi perticula. πᾶσα φύσις θηρίων, pro φύσις παντων θηρίων, natura, indoles omnis generis animalium. vel magis definite: connata omnibus animalibus ferocia, i. e. abstratto, loco concreti, posito: animalia quamvis ferocissima. Sic et φύσις ἀνθρωπινη, ingenium siue natura humana, inprimis h. l. de hominum prudentia intelligenda videtur, nisi potius, quod praetulerim, φύσ. παντ. θηρ. et φύσ. ἀνθρῶπ. periphrastice posita sint, pro: παντα τα θηρια et ἀνθρῶποι. Sap. 7, 20.

Sic et Latini ratio, natura alicujus rei, interdum pro res ipsa adhibent. Athenaeus 12, p. 545. E. των θουμαζουων ὑπο της ΑΝΘΡΩΠΙΝΗΣ ΦΥΣΕΩΣ. Plut. de vitil. inimic. p. 91. E. πᾶσα ΦΥΣΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ Φερει Φιλοσυκιαν, καὶ Ζηλοτοκιαν, καὶ Φθονον. de Iside p. 380. C. πᾶσα ΦΥΣΙΣ αλογος καὶ ΘΗΡΙΩΔΗΣ της τε κικυ δαιμονος γενομε μοιρας. Lucretius 1, 16. 195. omnis natura animalium. Jam ad vocem πᾶσα illustrandam plura animalium genera enumerantur. θηρια, commune est vocabulum, in quo tres, quae jam sequuntur, species πετεινα, ἔρπετα et εναλια, sc. θηρια, comprehenduntur. Ex contextus vero ratione non de omnibus omnino animalibus, sed de ferocissimis tantum, quae in aëre, terris et mari versantur, cogitandum est. πετεινα igitur sunt aquilae, vultures, et i. g. a. ἔρπετα, dracones, forsan et lupi, leones etc. Nam ex ipso nexu ἔρπετα, quod volucris et belluis marinis opponitur, de animalibus terrestribus omnino intelligendum videtur. Sic et Hes. ἔρπετα, τα λοιπα των αλογων ζων. vbi Alberti, et Schol. in Cal-  
limach.

ἐρπετῶν τε καὶ ἐκάλιον δαμάζεται καὶ δεδάμασται τῆ  
8 φύσει τῆ ἀνθρωπίνῃ· τὴν δὲ γλώσσαν οὐδεὶς δύναται  
ἀθρῶ-

limach. hymn. in Jov. v. 13. ἐρπετον explicat per παν ζων. Non minus late etiam formula hebr. רמתי רמתי רמא pater videtur. τα ἐκάλια denique, inprimis ceti, caeteraque belluae marinae. Apud Sophocl. Antig. 365. occurrit ἐκάλιαν Φυσιν. Eodem ordine hae ipsae animantium classes sese excipiunt Gen. 9, 2. apud LXX. καὶ ὁ τρομος καὶ ὁ φόβος ὑμῶν ἐσσι ἐπι πασι ΤΟΙΣ ΘΗΡΙΟΙΣ τῆς γῆς, ἐπι παντα ΤΑ ΠΕΤΕΙΝΑ τε θρανῶ, καὶ ἐπι παντα ΤΑ ΚΙΝΟΥΜΕΝΑ ΕΠΙ ΤΗΣ ΓΗΣ. (I. n. ἐρπετα.) δαμάζεται καὶ δεδάμασαι, perpetuo ac semper domari possunt. τῆ φύσει ἀνθρωπίνῃ, pro δια τῆς φύσεως ἀνθρωπίνης, i. e. δια τῶν ἀνθρώπων. vid. ad Φυσ. Θηρ. hoc v. Pertinet huc Euripidis illud:

Βραχὺ τοι σθένος ἀνερός,  
Ἄλλα ποιμίλαις πραπίδων  
Δαμάξ Φυλα ποῦτε,  
Χθόνιων τ' αἰριῶν τε παι-  
δεύματα.

Q. Calaber 5, 247. τεχνῆσι δ' ἀγροτέῃ κραιτέρως δαμασσι λεοντας, παρδαλιας τε, σκας τε, καὶ ἄλλων εἴνεα θηρῶν, ταυροὶ δ' ὀβριμοδρομοὶ ὑπο ζευγλης δαμασῶνται ἀνθρώπων ἰότητι. Senec. de benef. 2, 29. Quis-

quis humanae, cogita, quanta nobis tribuerit parens noster; quanto valentiora animalia sub jugum miserimus, quanto velociora consequamur quam nihil sit mortale non sub idu nostro positum!

8. εἰδεις ἀνθρώπων, pro εἰδεις δαμασῶν ex v. 7. Jacobus retinuit. Tota vero sententia illa τὴν — δαμασῶν sensu populari accipienda est pro: lingua non nisi summa cum difficultate coerceri potest. Quare non opus est, ut cum Oecumenio, qui frustra putat, de lingua coercenda praecipere, si domari omnino non possit, interrogatiue haec verba sumantur sic: Si bellūas homo saevas domat, linguam suam domare non poterit? Sed ea, quae sequuntur, ἀκαταχεται κκῆον huic sensui prorsus repugnant. ἀκαταχεται — ἀνανατηφορε, suppl. ἡ γλώσσα ἐσιν, ἀκαταχεται κκῆον, malum quod coerceri nequit, i. e. mali auctior, retineri nescius. Sic Jos. b. i. l. 2. c. 20. φόβος καταχεται et c. 29. ὄρμη ἀκαταχεται. l. 7. c. 16. θυμοὶς ἀκαταχεται. Diod. Sic. l. 17. c. 38. ἀκαταχεται δακρυα. Plut. de curios. ἀκαταχεται γαργαλισμος. Idem praecipit. reip. ger. p. 820. φιλοτιμικῶν ἀκαταχεται

χεται



ἀνθρώπων δαμάσαι ἀκατάσχετον κακόν, μεστή ἰοῦ  
θανατηφόρου. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν καὶ πα- 9  
τέρα,

## VARIAE LECTIONES.

9. κρείον ante θεον addunt A. C. 4. a pr. man. 13. Copt. Syr. corh.  
Vulg. ms. Cyr. reprob. Bengelio, Griesbachio, fere omnibus.

χετος. et aptissime ad l. n. de  
garrul. p. 509. *εὐ εἶσι*, inquit,  
γλωσσης ρεσης ἐπιρρῆσις, εὐθε  
κολασμος. cf. *Menander ap.*  
*Stobaeum ferm.* 36, p. 217.  
εὐ' ἐν χερος μεδεντα καρτερον  
ἰδον, ραον καταχειν εὐ' ἀπο  
γλωσσης λογον. Ceterum a  
bestiis ferocibus repetita vi-  
detur metaphora. *μεση 18*  
*θανατ. plena veneni mortiferi.*  
Saepius vox *θανατηφορος* hoc  
sensu tum apud poetas, tum  
apud solutae orationis scripto-  
res obuia. *Lucian.* Hermo-  
tim. 62. *θανατηφορα* (Φαρ-  
μακια). *Herodian.* 3, 12. 7.  
*διαβολην θανατηφορον.* *Diod.*  
*Sic.* l. 20. c. 43. serpentibus  
*δηγματα θανατηφορα* tribuit.  
*Dion. Hal.* ant. l. 3. p. 155.  
*πληγην θανατηφορον* εχων.  
*Plut.* de Is. et Ol. p. 331. τα  
*θανατηφορα των ἐρπετων.* Plura  
concessit *Wetst.* Sic et apud  
LXX. Job. 33, 23. Num. 18,  
22. Respondet voc. *θανασιμον.*  
Marc. 16, 18. *ιος θανατηφ.*  
Rabbinis חיה סע. Repetita  
videtur imago a veneno, quod  
serpentes, sub lingua gestan-  
tes, salivae admixtum vna  
cum morfu vulneribus sangui-  
nique inspirare ducuntur. cf.

ante omnia Pf. 140, 3. 4. prae-  
tereaque Pf. 52, 4. 58, 4. Deu-  
ter. 32, 33. Prov. 18, 21.  
Cohel. 10, 11. 12. Sirac. 5,  
13. 28, 19. 21. Matth. 5, 22.  
Rom. 3, 13. *Lucian.* fugitiv.  
19. καὶ αφρα μαλλον δε 18 με-  
σον αυτοις το σομα. *Schlichter-*  
*terus* vero, Wolfio citatus,  
ad veterum sagittas veneno  
imbutas, quae etiam *ιος* dici  
solebant, alludi putat. Cum  
tamen feris hucusque linguam  
comparauerat *Jacobus*, ad  
similitudinem, a sagittis re-  
petitam, tam repente eum  
delapsurum esse, vix credi-  
derim. Accedit etiam, quod  
*δαμασσυ* imaginem a sagittis  
repetitam non admittit.

9. Amplificatur sententia  
v. 7. et 8. ἐν αὐτῇ, pro συν  
αὐτῇ. εὐλογειν τὸν Θεον omni-  
no, vt h. l., loqui in hono-  
rem diuinum, siue precibus  
ad eum effundendis, siue lau-  
dibus ejus celebrandis, siue  
praeceptis ejus tradendis,  
siue alio quocunque modo.  
Pf. 16, 8. Luc. 2, 28. et alibi  
καὶ πατερα, eumque patrem.  
vel: qui idem est pater. πατηρ  
vero

τέρα, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους,  
 10 τοὺς καὶ ὁμοίωτι Θεοῦ γεγνότας. ἐκ τοῦ  
 αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα.  
 οὐ

vero h. l. vt c. 1, 18. vi op-  
 positi ἀνθρ. γεγονοτ. iterum  
 valet κτιστής, creator. καὶ ἐν  
 αὐτῇ, iterum pro καὶ συν  
 αὐτῇ, i. e. et eadem illa, qua  
 Deum laudamus. καταρώμεθα  
 τινα, hebr. נָחַם, imprecari ali-  
 cui mala, s. supplicium aliquem  
 dignum declarare. τὰς γεγο-  
 νοτάς, pro κατὰ γεγονότας,  
 s. πεποιημένας, quamvis creati  
 sint. καὶ ὁμοίωτι το Θεοῦ,  
 ὁμοίωσι i. e. ὅμοιοι τῷ  
 Θεῷ, vt sint in praestantissimis  
 Dei operibus. Repetita haec  
 ex Gen. 1, 26. 27. ad augen-  
 dam vitii atrocitatem, eo-  
 dem modo, vt Gen. 9, 6. ad-  
 duntur. ἐκ — καταρα, non ad  
 v. 10. cum quo iungi solent,  
 sed ad v. 9. adhuc pertinere  
 videntur. ἐκ τῶ αὐτῆ σου. i.  
 e. ex uno eodemque ore.  
 ἐξέρχεται, βρῦν. ström̄t her-  
 vor. Arabs promanat. εὐλογ.  
 καὶ κατάρα, vid. ad εὐλογεῖν  
 et καταρώμεθα. Philo de dec-  
 cal. p. 196. 28. οὐ γὰρ ὅτιον,  
 δι ἃ στόματος το ἱερωτάτου ονομα  
 προφερεται, δια τετα φθεγ-  
 γεται τι των αιχρων. Tan-  
 chuma fol. 33, 2. Os quae-  
 rit studere in lege, et verba  
 bona proferre, Deum lauda-  
 re, glorificare, orare et can-  
 tibus celebrare: sed potest etiam  
 caluminari, blasphemare, con-

vitiari, et pejerare. Bere-  
 schith. R. 24. Dixit R. Aki-  
 bas: scriptum est Lev. 19. di-  
 liges proximum tuum, sicut te  
 ipsum. Haec summa magna  
 in lege est: ne dicas, postquam  
 contemnor, contemnatur etiam  
 socius meus, postquam ego  
 vituperor, vituperetur etiam  
 proximus meus. Dixit R.  
 Tanchuma: si autem ita fece-  
 ris, scito, quem contemnas,  
 eum nimirum de quo scriptum  
 est: ad similitudinem Dei fe-  
 cit eum. Pulchre haec omnia  
 conueniunt cum dicto Aesopi:  
 linguam et optimam esse  
 et pessimam. Jam sunt, qui  
 comma hoc ad linguam effre-  
 natam omnino describendam,  
 sunt etiam qui ad impios pos-  
 tissimum magistrōs referunt,  
 qui sermone quidem Deum  
 celebrarent, Christianos vero  
 augustiori sensu carissimis Dei  
 operibus annumerandos, odio  
 haberent. Praefero equidem  
 posterius, quia jam v.

10-12. Iacobus exemplis  
 hortatur Christianos, vt ejus-  
 modi agendi rationem prae-  
 ceptis christianis prorsus re-  
 pugnantem sedulo effugere  
 velint. οὐ χον, i. q. οὐ ὄσι.  
 τὰτα ἔτιω γενομεθα sc. vt,  
 Deum colentes, videm et ho-  
 mini-

οὐ χρεῖ, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι.  
μήτι ἢ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὁπῆς βρῦει τὸ γλυκὺ II

κρῆ)

*minibus mala imprecemini, sed  
deceat potius virum bonum  
constantem esse in virtute.*

II. *μήτι*, partic. interrog.  
*μήτι βρῦει* etc. vero, affirmati-  
ue sibi vult, & vel *ἄδαμος*  
*βρῦει* etc. *πηγῇ*, vbi vocabulo  
*πη* opponitur, fontem omnino  
significat, siue foramen ex quo  
aqua profilit, siue aquam sca-  
tarientem ipsam spectaueris.  
*πη* vero, vi oppos. *πηγῇ*,  
*cauerna*, siue foramen ex quo  
aqua profluit. *ἐκ τῆς αὐτῆς*  
*πηγῆς* igitur est: *ex una ea-*  
*demque cauerna*. *βρῦειν*, de  
aqua scaturiente inprimis ad-  
hiberi solitum. *Hes.* *βρῦει*,  
*ρῦει*, *πηγᾶζει*, *ἀναβλύζει*, *πη-*  
*δα*, *ἀνησι*. vbi *Albertii*. Syn-  
onymum est *ἀναβύλλειν*.  
*βρῦει* vero h. l. ponitur pro  
*βρῦειν δυναταί*, vt v. 12. *ποτι-*  
*ται δυναταί*. τὸ γλυκὺ, sc. ὕδωρ,  
i. e. aqua potui idonea, (ὕδωρ  
ποτιμον,) quam et nos, vi  
oppos. aquae marinae, *misses*  
*Wasser* vocare solemus. *καί*,  
pro *καί ἀμα* accipiunt inter-  
pretet, quia *Plinio* auctore  
l. 2. idem fons aliis horis,  
aliam emittere possit aquam,  
calentem, frigidam, saltam,  
dulcem. Sed quamuis vel  
maxime hoc ita sese habeat,  
tam raro tam accidit, vt quasi  
prodigii loco habendum sit.

Noster vero de iis loquitur,  
quae sunt vsus atque consue-  
tudinis vulgaris. *πιπρον* i. q.  
*άλυρον* s. *αλυρον* sc. ὕδωρ.  
nam *amarum* et *falsum* scri-  
ptores promiscue adhibent,  
ob saporem vicinum. Sic  
*Plato* apud *Suidam* in *Θαιου*  
*χρώμα* *εγγυς μὲν τὰ πιπρον*  
*τὸ αλυρον*. Respondet lati-  
no *salmacidum*, nisi forte hoc  
vocabulum deprauatum videri  
possit ex *salinacidum*, vel *sal-*  
*facidum*, i. e. *falsum* et *aci-*  
*dum*. vid. *Salmaf. exerc. Plin.*  
p. 31. *Graev.* ad *Flor.* 4, 10.  
p. 841. ed. *Ducker*. De font-  
ibus vero ejusmodi, ob mar-  
is vicinitatem, in ipsa origine  
amaris, praeter *Exod.* 15, 23.  
plura in promptu sunt veterum  
loca. *Solinus* 14. *Hispanis*  
*oritur inter Achetas, Scy-*  
*thicorum amnium princeps,*  
*purus et haustu saluberrimus,*  
*vsque dum Callipidum termi-*  
*nis inferatur, vbi fons Exam-*  
*peus infamis est, amara sca-*  
*turigine, qui Exampeus li-*  
*quido admistus fluori amnem*  
*vitio suo vertit, adeo vt disti-*  
*millis sibi in maria condatur.*  
*Herodot.* 4, 52. *ἐκδοῖο γὰρ ἐκ*  
*αυτοῦ ΚΡΗΝΗ ΠΙΚΡΗ*.  
Pertinet huc quoque *Virg.*  
*Ecl.* 10, 5.

*Sic tibi, quum fluctus sub-*  
*terlabere Sicanos*  
*Doris*

12 καὶ τὸ πικρὸν; μὴ δύναται, ἀδελφοί μου,  
 συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα; οὐ-  
 τως

## VARIAE LECTIONES.

12. Loco ἕτως ἕδεμα πηγή ἄλυκον καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ habent ete ἄλυκον γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ A. C. ἕτως ἕδε ἄλυκον γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ 13. 27. 29. *Copt. Vulg. corb. Cyr. in jef. p. 107. (ita etiam aqua falsa non fieri potest dulcis.) Aeth. probb. Grotio et Millio prol. 1208. Besa in annoz. ed. 3. 4. 5. Jure igitur Bengelius posteriorem lectionem iis annumerat, quae per Codices (quamvis non multos, summae tamen auctoritatis,) firmiores sint lectione textus, nec tamen prorsus certae, et Griesbachius iis, quatum omisso minus sit probabilis. Nos quidem vulgarem lectionem librariorum incitiam, qui, quid ουδε ἄλυκον γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ sibi velit, ignorant, ex v. II. huc translata esse, nulla ratione dubitamus. Quare vulg. lectionem cum superiori commutandam esse censuimus.*

Ibidem pro ἄλυκον hab. αλμυρον 45.

*Doris amara suam non intermiscet undam.*  
 cf. Aen. 3, 694. vbi Ill. Heyne. Ceterum, obseruante Michaële, egregie hoc exemplum cum Judaeorum loquendi ratione congruit, qui maledictiones, de quibus et h. I. fermo est, cum rebus amaris ירר מרירי Job. 3, 5. inprimis vero cum aquae amaritudine מרירי מרירי Num. 5, 19. comparare solent. Sic et πικρὸν Hebraeis est amarus fuit, Arabibus vero maledixit. Βρῦσι — πικρὸν Hebraei exprimentur במר מתוק יקירי.

12. μη. interrog. partic.  
 μη δύναται, num potest? pro  
 \* δυν. minime potest. ποιῆσαι,

Graeci eodem modo, vt Hebraei פהו, de fructibus proferendis adhibent. μη — συκα vero prouerbiū loco habenda sunt. *Arrianus Epict. 2, 20. πως γὰρ δύναται ἄμπελος μὴ ἀμπελικῶς κινεῖσθαι, ἀλλ' ἐλαϊκῶς; ἢ ἐλαια παλιν μὴ ἐλαϊκῶς, ἀλλ' ἀμπελικῶς; αὐχχάρον, ἀδικονήγον. Plut. de anim. tranquil. p. 472. E. τὴν ἀμπελον συκα φερεῖν ἐν ἀξίωμεν, ἕδε τὴν ἐλαιαν βοτρυς. Antoninus 8, 15. αἰχρον ἕμιζοσθαι, εἰ ἢ συκὴ συκα φερεῖ. Seneca ep. 87. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. M. Antonin: Imp. ὁ μὴ θελων τον Φαυλον ἀμαρτανειν, ὁμοιος τῷ μὴ θελοντι συκην*  
 οπου

τως ~ ούδεμία πηγή αλυκόν καί: γλυκύ ποιῆσαι  
ὑδωρ.

Τίς σοφός καί ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δεξιάτω 13  
ἐκ

~ οὐδὲ ἀλυκόν

VARIAE LECTIONES.

13. τις omittunt 1. 10. 13. 17. 21. 23. 35. 36. 37. Ar. pol. εἰ τις  
7. 32. 43. Ed. Complut. Plantin Genev. Utraque lectio, ni fallor, ex  
glossa, vel interpretamento.

οπον εν τοις σπησις Φερειν.  
Caeterum a fructibus repetita  
est imago, in Palaestina pro-  
ferri solitis. Jam a voc. ἕτως  
Jacobus ad recensens pergit exem-  
plum, inuersa tamen verbo-  
rum constructione; directe  
enim affirmat, quae interro-  
gative paulo ante dixerat.  
Egrege cum loci nostri argu-  
mento atque verborum ordine  
consentit Matth. 7, 16. ΜΗ-  
ΤΙ συλλεγεσθαι απο ακανθων  
σαφυλην, Η απο τριβολων συ-  
κα; ΟΥΤΩ παν δενδρον  
αγαθου καρπεσ καλεσ ποιει  
το δε σαπρον καρπεσ πουηρασ  
ποιει. ἕτως εδε, verterim:  
*eben so wenig* etc. ἀλυκον sc.  
ὑδωρ. vid. ad πικρον v. II.  
ποιησαι, ex anteced. ποιησαι  
ελαιασ retinuit Jacobus, sup-  
plendum δυναται. Jam sen-  
sus verborum ἕτως — ὑδωρ  
i. esse videtur, ac si scripsisset  
Jacobus: ἕτως εδε εν ἀλικε ὑδα-  
τος γλυκυ δυναται ποιησαι. γι-  
νεσθαι ὑδωρ. Sic et aqua amara  
reddi nequit dulcis. Quod si  
vero vulgarem lectionem, in

textu expressam, retinueris,  
sensus per se satis perspicuus:  
vtram vero praetuleris lectio-  
nem, sententia, quae in exem-  
plis hisce latet, semper eo  
redit: *fieri nullo modo potest,  
ut quid contra omnem naturae  
legem accidat.* Saepius haec  
sententia exemplis ejusmodi  
expressa deprehenditur apud  
poetas. In mentem venit il-  
lud Ouidii:

*Vere prius volucres taceant  
aestate cicadae,  
Maenalius lepori det sua  
terga canis;*  
— quam — — —

Jam vero Jacobus haec exem-  
pla Christianis ipsis sic fere  
applicanda relinquit: ἕτως  
εδε εν τε αυτε σοματος καταρα  
και ευλογια δει εξερχεσθαι.

13-18. Quae cum ita sint,  
vos, qui plus sapere reliquis  
vobis videmini, factorum prae-  
stantia, atque mansuetudine,  
diuinae vestrae sapientiae do-  
cumenta aliis velim exhibeatis.  
Quod si vero inuidiam atque  
simulta-

ἐκ τῆς καλῆς ἀνατροφῆς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πραύτητι  
σοφίας.

*simulatalem foueritis, et in plures quasi societates religionis christ. cultores sejunxeritis, nolite jactare sapientiam vestram, a sapientia christiana plane alienam. Vera enim sapientia, eaque a Deo originem ducens, factis egregiis atque mansuetis conspicua est. τις — ὑμῖν, cum interrogatione pronuntianda, nam τις per se pro ὅςτις, vel εἰ τις, vnam quam poni non memini. σοφος καὶ ἐπισήμων, hebr. חכם ויבי Hof. 14, 10. saepius invicem juncta, ita distingui solent, vt illud ad eum qui multa nouit, hoc vero ad eum qui et alios ea docere possit, referatur; Pollux. 4. ἐπισήμων, γνώσιμος. Ἰωωρητικός. εμπειρος. Eccl. 8. 1. h. l. tamen synon. esse, hominemque prudentem omnino designare videntur. ἐκ, pro δια. καλός, honestus et hoc nexu praecipue mitis, facilis. ἀνατροφή, Hebraeo-Graecis ex hebr. תורה semper pro βίος, ζωή. Nos Wandel. 1 Petr. 1, 18. 2, 12. Gal. 1, 13. Eph. 4, 22. 1 Tim. 4, 12. Hebr. 13, 7. πραύτης, h. l. lenitas in dissentientibus aequo animo ferendis conspicua. σοφία, quippe de qua Iudaei, imo et Iudaeo-Christiani, gloriari solebant. Rom. 2, 18 sqq. 1 Cor. 1, 18. sqq. 3, 18. ἐν πραύτητι σοφίας vero, non*

tam cum δειξάτω, — vbi ἐν pro σὺν accipiendum esset, — quam cum τὰ ἔργα αὐτοῦ jungenda videntur, ita vt τὰ ἔργ. ἐν πρ. σοφ. polita sint vel pro τ. ε. ἐν πραύτητι, καὶ σοφίᾳ, vel pro τ. ε. ἐν σοφίᾳ πραείᾳ, vel ποιῶσθ' ἡμῶς πραίας, (adjectiuo nimirum, quod saepius fieri solet, in substantiuum eo forsitan consilio h. l. mutato, quo magis opposita ζήλος καὶ ἐριθεία in oculos incurrerent) i. e. quicquid profecerit in sapientia mansuetos nos reddente. Sed τ. ε. ἐν σοφ. πραείᾳ sc. οὐτὰ polita esse quoque possunt pro ἔργα αὐτῶν πραία καὶ σοφία, vel τὴν πραύτητα αὐτῶν καὶ σοφίαν. Omnia enim ad hebraici sermonis indolem accomodata esse quisque videt, a qua si recesseris, expeditior hic remanet sensus: δειξάτω ἐκ τῆς καλ. ἀνατ. τὴν πραύτητα καὶ τὴν σοφίαν αὐτῶν, vel δ. ε. τ. κ. α. καὶ ἐκ τῆς πραύτητος τὴν σοφίαν αὐτῶν. vitae morumque integritate atque mansuetudine sapientiae documenta aliis velim exhibeat. Plane vt auctor Prov. 11, 2. חכם ויבי חכם ויבי. Sic quoque Clemens Rom. in ep. ad Cor. 38. ὁ σοφος, inquit, ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτῶν μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις αγαθοῖς. Xen. mem. 1. 3. σοφίαν καὶ σωφροσύνην εἰ διωρίζειν, ἀλλ' α

σοφίας. εἰ δὲ ζήλον πικρὸν ἔχετε καὶ ἐρίθειαν 14  
 ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύ-  
 δεσθε

VARIAE LECTIOES.

14. Pro κατακαυχασθε legunt κυχασθε A. 14. a pr. man. 16. 19.  
 22. 23. 26. 31. 37. 46. (eam haud dubie ob causam, ne, quod sequi-  
 tur, κατα redundare videatur,) probb. tamen Millio prol. 1356. Bengelio,  
 Grotio.

το τα μεν καλα τε καυ αγαθα  
 γνωσκοντα χρησθαι αυτοις,  
 κα το τα αιχρα ειδοτα ευλα-  
 βεισθαι, σοφον τε καυ σωφρονα  
 ειρηνεν. Προσερωτωμενος δε,  
 ει τες επιταμενος μεν, α δει  
 πραττειν, ποιουτας δε τ'αυαντια  
 σοφες τε καυ αγαραταις ειναυ  
 νομιζοι, εδεν γε μαλλον, εφη,  
 η ασοφες τε καυ ακραταεις. Παν-  
 τας γαρ ομοι προκειμενος εν  
 των ενδεχομενων α οιν τε συμ-  
 φορωτατα αυτοις ειναυ, ταυτα  
 πραττειν. Νομιζω εν, τες μη  
 ορδως πραττουτας, ετε σοφες  
 ετε σωφρονας ειναυ.

14. Zelos puerus, vel est  
 zel. puerus huiusmodi, vel  
 omnino odium felle quasi, i.  
 e. maledictis commixtum. Nos:  
 gehässiger Zorn. Respicitur  
 imago v. 11. 12. adhibita.  
 επιδειχ, rixae atque contentio-  
 nes ex nimio odio contra se-  
 cus sentientes oriundae. Sae-  
 pius vtrumque vocabulum in-  
 vicem jungitur 2 Cor. 12, 20.  
 Gal. 5, 20. εχετε, pro κατε-  
 χετε. μη — αληθειας, sensu  
 prorsus non mutato, probi-  
 bitiu et interrogatiue expli-

cari possunt. Praefero tamen  
 prius, quo magis hoc comma  
 ad v. 13, cui opponitur, ac-  
 commodatum sit. μη κατακ.  
 καυ ψευδ. sc. vos vere sapien-  
 tes esse. κατα της αληθειας, ad  
 vtrumque κατακ. et ψευδ. re-  
 ferendum est. Pleonasmus  
 enim ille ψευδ. κατα τ. αλ.  
 similibus loquendi rationibus  
 haud destituitur. e. g. αλη-  
 θειαν λεγω, ε ψευδομαι. Rom.  
 9, 1. ψευδομεθα, καυ ε ποιη-  
 μεν την αληθειαν. 1 Joh. 1. 6.  
 Nos: Praet und lüget nicht  
 auf Kosten der Wahrheit,  
 1 Cor. 5, 2. sapientia enim  
 mendacii atque superbiae ne-  
 scia. Viderunt hunc sensum,  
 qui κυχασθε legunt pro κα-  
 τακαυχασθε omnes, sed nihil  
 opus erat mutata lectione,  
 tum quia verbi compositi ea-  
 dem saepissime est vis, quae  
 simplicis, tum quia particula  
 κατα ob ψευδεσθε proxime  
 praecedens repeti debebat. Ill.  
 Michaelis mentem Jacobi ita  
 capiendam esse censet: videte,  
 ne disputandi feruore abrepti,  
 veritatem, non errorem, acer-  
 bissime oppugnetis: statuens  
 1 rem

15 δεσδε κατὰ τῆς ἀληθείας. Οὐκ ἔστιν αὐτὴ ἡ σοφία  
ἀνωθεν κατερχομένη, ἀλλ' ἐπίγειος, ψυχικὴ, δαι-  
μονιώ-

rem esse Jacobo cum contentione Judaeo; nisi forte sic verbi καταν. paulo durior videri possit explicatio. *Versio Itala* hic habet infimae latinitatis dictionem: *quid alapamini, mentientes contra veritatem*, de qua relegendi sunt *Papias et du Fresne* in *Glossariis*. Neque tamen etymologiae inhaerendum est, non magis ac si 2 Cor. 12, 7. dicitur *Satanæ angelusκολαφίζειν* apostolum, sed sensus est: *quid petulanter agitis? Alapator* in *Excerptis Glossarii Vet.* p. 275. exponitur *καυχητης jaclator*.

15. εἶναι, jungendum cum *κατερχομένη*, pro *κατερχεται*. I, 17. αὐτὴ ἡ σοφία, nimirum quae odium et invidiam non reprimit. ἐκ ἀνωθεν κατερχ. ἐπιγ. ψυχ. δαιμ. ad sententiae vim augendam accumulata, nonnisi gradu differre videntur. ἐκ ἀνωθεν κατερχ. pro ἐκ ἐρανωθεν, i. e. ἀπο τῆς Θεοῦ κατερχ. A coelo enim descendere veteribus dicuntur beneficia, quae a Deo, coelum inhabitante nobis tribuuntur. vid. ad I, 17. Sensus igitur est: *ejusmodi sapientia non est munus illud perfectum precibus a Deo impetratum*. Plane ex veterum

sententia, qui, vt bona quaevis, sic *sapientiam* inprimis a Deo proficisci statuerunt. *Aristides* de *Concord.* Rhod. p. 568. ποιητε τινοσ διηγμενε, ὡς ἡ μὲν ευχημων καὶ ευπαγης, καὶ ευχρησ, καὶ ευχαρις, καὶ ὁμολογησα ἑαυτη δια παντων ακριβως ΕΚ ΘΕΩΝ ημεσα ἐπι γην. etc. *Hor.* I. ep. 3, 27.

Quodsi frigida curarum fomenta relinquere posses, Quo te *coelestis sapientia* duceret, ires.

Plura collegit *Wetst.* quibus adde: *Phil.* de *Profug.* T. I. p. 571. 2. γενομενος δε (σοφος) ευθυς ευτρεπισμενην ευρειν σοφίαν ΑΝΩΘΕΝ ομβρηθεισαν ΑΠ' ΟΥΡΑΝΟΥ, et II. α.

— — ΗΛΘε δ' Αθηνη ΟΥΡΑΝΩΘΕΝ.

cf. I *Reg.* 3, 9. *Job.* 32, 8. *Pf.* 24, 4. 5. 12. 14. *Prov.* 2, 6. *Sap.* 8, 21. I *Cor.* 2, 7. 14, 33. ἀλλ' ἐπίγειος, suppl. μαλλον, sed *terrena* potius, i. e. *humilis, imperfecta*. γη enim et *κοσμος*, vi oppositi ερανος, *humilitatis vilitatisque* *Hebraeis* inuolunt notionem. Eodem sensu *Phil.* 3, 19. οἱ τὰ ΕΠΙΓΕΙΑ φρονηντες. cf. *Joh.* 8, 23. eoque spectant *Philonis* formulae: γης παιδες, γης ανθρωποι. *ψυχικη* non differt a

voc.



μονιώδης. ὅπου γὰρ ζήλος καὶ ἐρίθεια, ἐκεῖ 16  
ἀκαταστασία καὶ πᾶν θαῦλον πρᾶγμα. ἢ δὲ 17  
ἀνωθεν

## VARIÆ LECTIONES.

16. καὶ post ἐκεῖ adhuc addunt A. 4. 13. Syr.

voc. σαρκικός 1 Cor. 3, 3. et  
opponitur τῷ πνευματικῷ cf.  
Jud. 19. vbi ψυχικοί dicuntur  
πνευμα μὴ έχοντες. σοφ. ψυχ.  
igitur est sapientia naturalis,  
non πνευματι ἀγνώ, sed cupi-  
ditatibus, animique perturba-  
tionibus obsequens. Imo deni-  
que δαιμονιώδης, πρὸς τὴν ὀρι-  
ginem ducens a malis daemo-  
nibus, qui hominum errori-  
bus notandis atque accusan-  
dis delectabantur.

16. γὰρ, vel est mera trans-  
eundi particula, vel causam  
indicat, cur sapientia ejus-  
modi, cum odio atque con-  
tentione conjuncta, a Deo  
proficisci nequeat, nimirum  
quía omnium male factorum  
fons sit atque origo. ζήλος,  
sc. πικρός vt v. 14. ἐρίθεια,  
suppl. εἰσι. ζήλ. καὶ ἐρίθ.  
vero h. l. ponuntur pro ἀν-  
δραποὶ ζήλευτες καὶ ἐρίθειον-  
τες. ἐκεῖ, suppl. καὶ εἰσι. ἀκα-  
ταστασία, alias σχισματα, dis-  
fensiones, vel sedtiae dissentien-  
tes, ex placitis humanis vehe-  
mentius defensis oriundae h. l.  
vero potissimum mala ex dis-  
fidus ejusmodi oriri solita. vid.  
Kypke ad Luc. 21, 9. παν,

omnis generis. Φαῦλον πρᾶγ-  
μα, pro: πρ. ποιηρον.

17. Jam explicat Jacobus  
non tam sapientiae diuinae,  
quam potius ipsorum θεο-  
διδάκτων, non indolem omni-  
no, sed, pacem atque con-  
cordiam Christianis commen-  
daturus, ipsum hoc pacis  
studium illis proprium, ad  
quod itaque solum omnes,  
quae jam sequuntur, loquen-  
di rationes, restringendae vi-  
dentur, parum anxie inuicem  
distingvendae. ἢ ἀνωθεν sc.  
κατέρχομενη σοφία. ἀγνη εἰσι,  
εἰρ. ἐπιστη. etc. igitur sibi  
vult: ἢ ἀν. σοφ. ἀγνης ἡμᾶς  
ποιοι, ἐπειτα εἰρ. ἐπιστη etc.  
vel quod praetulerim: οἱ ἀνω-  
θεν σοφοὶ (vid. ad v. 16.)  
ἀγνοὶ εἰσι, εἰρηνικοὶ, ἐπιστη.  
εὐπειθ. etc. σοφοὶ ἀγνοὶ vero  
non sunt orthodoxi, vt Heu-  
manno aliisque visum est, sed  
vel homines integri omnino,  
ita vt vocabulo hoc genera-  
liori reliqua comprehendan-  
tur σοφίαι vel τῶν σοφῶν ἐπι-  
θητα, id quod formulis πρῶ-  
τον μὲν et ἐπειτα forsan indi-  
care voluit Jacobus, quanquam  
in hisce vocabulis plane non  
1 2 hae-

ἀνώθεν σοφία πρῶτον μὲν ἀγνή ἐστίν, ἔπειτα  
εἰρηνική, ἐπιεικής, εὐπειθής, μεστή ἐλέους καὶ  
καρ-

## VARIAE LECTIONES.

17. Post καρπῶν adhuc ἔργων adjiciunt C. a pr. man. 27. 29. manifeste ex glossa.

Ibidem pro ἀδικητος duo codd. Moscouiensis leuioris illi quidem momenti obseruante Matthaeio legunt εὐδικητος. rejicit ipse Matthaei hanc lectionem, sensum vero, quem fundit, huic loco apte conuenire putat; quem equidem tamen, fateor ingenue, plane non assequor.

haerendum est, vel hoc nexu potissimum homines candidi, ab omni odio atque inuidia alieni. ἀγνοὶ ζήλῃ καὶ ἐριθείαις. Bene Syrus in eundem sensum: plena pace. σοφοὶ εἰρηνικοὶ sunt pacis atque tranquillitatis studiosi, quantum quidem salua doctrinae puritate fieri potest. βραδεὶς εἰς ὄργην I. 19. σοφοὶ ἐπιεικεῖς, qui pacis fouendae causa temporari, et interdum vel de ipso jure suo cedunt. ἐν πρᾶντητι ἰδεχομενοι τον λογον I. 21. ταχεὶς εἰς το ἀκροσσαι, βραδεὶς εἰς το λαλησαι I. 19. I Cor. 13. 4. Phil. 4. 5. I Tim. 3. 3. Tit. 3. 2. Nos: nachgiebig. εὐπειθεῖς, obsequiosi, qui litis euitandae causa facile, non vi coacti, parent. Nos: die sich bedenten lassen. (τοῖς ἀγαθοῖς, συνευδοκῶσα vel συνευδοκῶντες a codice Velefiano pro more suo atque licentia hic adjecta.) ἐν enim in vocibus sic compositis facilitatem negotii indicat. Sic quoque

Hesiod. Ἔργ. I. 293. εὐθλος, inquit, δ' ἐν πακῆσος, ὃς ἔτ εἰποντι ΠΙΘΗΤΑΙ. Theophrastus 8. p. 108. C. ἀφιμῆτην ὄργην ὕμν Ἀρεῖα μὲν συμβελη, ἐμῆ δὲ ἘΠΕΙΘΕΙΑΙ. μεσοὶ εἰλεος, τῆ, i. e. ἀγκυρῆς omnino. καρπος, ἴγ, ex frequenti hominis cum arbore comparatione, pro ἔργα, folenne est N. T. scriptoribus. Gal. 5. 22. Hebr. 13, 15. Matth. 3, 8. καρπ. ἀγαθ. inde h. I. vel pro virtutibus chr. omnino, vel, quia vocabulo εἰλεος h. I. jungitur, pro beneficentiae operibus, quibus εἰλεος cernitur, sumendum est. μεσαι ε. ex hebr. משהו vero sibi vult: non nisi amoris documenta aliis exhibentes. ἀδικητοι. διακρινεσθαι et κρινεσθαι, vt hebr. משהו, vim discipulandi atque litigandi habet. Jud. 8, 1. Jer. 2. 9. Ez. 17, 20. 20, 35. cf. Demosthenes Vol. I. p. 163. ed. Reisk. Neque insolens est, adiectiua, quorum passiuum est significatio, interdum

καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιακριτος καὶ ἀνυπόκριτος.  
καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται 18  
τοῖς ποιούσιν εἰρήνην.

Πόθεν

## VARIAR LECTIONES.

18. τῆς omittunt A. C. 38. 46. 56. codd. plurimi teste Millio, probb. Bengelio in Gaom. et Griesbachio. Ex correctione additum putaverim.

dum significationem adiuam assumere. Exemplis hoc confirmavit Hemsterhuis ad Luciani Halcyon T. I. p. 179. ἀδιακριτος ergo non differt a vocc. εἰρη. ἐπιει. ἀφιλονεικος, i. e. ab omni lite atque contentione alienus — pacificus, et opponitur ζῆλω, ἐριθείᾳ, ἀπατασίᾳ, vel πολεμοῖς καὶ μαχαίς A. I. ἀνυποκριτοι, contrariam virtutem eorum hoc nexu significat, qui odium animo fouentes simulata amicitia eo vehementius nocent. ἀνυπόκριτος, igitur i. e. q. paulo ante ἀγνος, i. e. candidus, nos: un-  
verstellt, ehrlich, aufrichtig, et opponitur ἀνδρὶ διψυχῷ I, 8. 4, 8.

18. καρπος, alias fructus, hoc nexu vero, ex quo fructus olim existet, semen, שרר, cum quo doctrinam atque institutionem comparare solent veteres omnes. Sic et Ennius ARBORES, inquit, SERIMVS, posteris profuturas. καρπος δικαιοσύνης, (צדקה) igitur est

semen, s. doctrina religionis christianae, paulo ante ἡ ἀνωθεν σοφία dictae. vid. ad I, 20. Plurimi vero interpretes καρπ. δικ. b. l. de praemiis virtutis intelligunt. quae tamen omnino quidem fructus appellari, meti etiam, et mendo colligi, nullibi vero, si bene memini, seri dicuntur. ἐν εἰρήνῃ σπείρεται, δεῖ σπείρεσθαι. Adhibet vero Iacobus hoc vocabulum de tradenda religione chr. quia semen eam paulo ante vocauerat. Paulo durior longiusque repetita, si quid sentio, Carpozouii videtur explicatio, formulam εὐεῖρηνην ab Hebraeis mutuam putantis, apud quos particula ἃ haud raro abundet; pleonasmus vero particulae ἐν, (EN εἰρηνη) poni pro nominatio ἡ εἰρηνη, nisi ante ἐν εἰρηνη subaudire malueris articulum ὁ, quasi scriptum sit ὁ ἐν εἰρηνη sc. κείμενος. vt sit: fructus, qui in felicitate consistit, nimirum felicitas coelestis. τοῖς ποιῶσιν εἰρηνην, i. q. τοῖς εἰρηνοῖς, hominibus  
13 paci-

IV. Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν τῶν στρατευομένων

*pacificis.* Sic ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, pro δικαίος. I Joh. 2, 29. et ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, pro ἁμαρταλός. I Joh. 3, 8. τοῖς ποιῶσιν. εἰρ. vero bifariam explicari potest, vel: religionis christianae semen pro *pacificis* spargitur sc. *auditoribus*, vel a *pacificis* sc. *magistris*; quasi scriptum sit: ἐποτρυν ποιῶντων εἰρήνην. Cum tamen in verbis *ἐν εἰρήνῃ* jam lateat sententia ea, vt pacis seruandae studiosi sint praecipitores; praefero prius, vt sententia hujus loci prodeat haec: *Concordiae tuendae studeat, quisquis vel tradendi religionem Christi, vel eandem a doctore accipiendi opportunitate fruatur.*

Cap. IV. 1. Male hic noui capitis constituitur initium, quod rectius ad comma 13 produceretur. Reprehenso enim nimio isto docendi pruritu, commendatoque inprimis v. 17. Cap. praeced. in docendo pacis studio, jam rixarum, quibus distinebantur, atque contentionum fontem indagare pergit, quem jam in ipso illo immodico studio, quo doctoris munus ambibant, latere contendit. πόθεν, sc. ἐρχονται, vel εἰσι. πόλεμοι καὶ μάχαι, synonyma et hoc

nexu pro εἰδίας, εἰδειαί, ζηλος. (vid. 3. 16.) posita sunt, quibus eodem sensu εἰρη ipsam adiungit *Homerus* II. α. 177.

Αἰ γὰρ τοὶ ΕΠΙΣΤΕΦΙΛΗ, ΠΟΛΕΜΟΙ ΤΕ ΜΑΧΑΙ ΤΕ. cf. locus *Arriani* *Raphelio* citatus: πρὸς τοὺς παιδαγῶγους ΠΟΛΕΜΟΣ, πρὸς τοὺς γείτονας, πρὸς τοὺς σπουδαστάς, πρὸς τοὺς καταγελαστούς. Sic et LXX interpr. vocabula μάχη et πόλεμος in designanda lite priuata adhibent. Pl. 35, 1. 120, 7. Gen. 31, 36. Neh. 13, 11. et N. T. scriptores: Joh. 6, 52. 2 Cor. 7, 5. 2 Tim. 2, 23. 24. Tit. 3, 9. Quare non opus est vt contra omnem nexum rationem locum hunc ad motus bellicos ante urbem Hierosolymorum deletam exortos, quibus Christianos etiam abreptos fuisse putant interpretes, detorqueamus. Quid quod post scriptam demum hanc epistolam motus hos in ipsa Judaea exortos esse constat, ita vt neque ad hoc tempus, neque ad Christianos nostros extra Judaeam degentes, referri vlla ratione possint. οὐκ, h. l. est interrogandi particula. ἐντεῦθεν ἐκ τῶν ἡδονῶν. Duplici post ἐντεῦθεν et ὑμῶν interrogandi signo posito duplicem quoque rixarum originem Jacobum

μένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε; φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπι-  
τυχεῖν.

bum indicare putat *Cell. Michaelis*, ita ut οὐκ εντευθεν i. sit q. ουκ εκ τῆ κοσμῆ τῆτῆ; prouocans ad Joh. 18, 36. ubi tamen, quia haec ipsa verba εκ τῆ κοσμῆ τῆτῆ proxime antecedeant, εντευθεν hanc significationem jure obtinet, non item ad alia loca transfereandam, in quibus ejusmodi sententiarum nexus non obtinet. Mihi quidem formula loquendi concisior esse videtur, pro pleniore hac: εχῆ εντευθεν, ὅτι φρατευσαι αἱ ἡδοναὶ ὑμῶν εν τ. μ. ὁ. ἡδοναὶ h. l. i. q. ἐπιθυμῶν ἡδονῶν, cupiditates rerum voluptati inservientium, e. c. magnae existimationis, auctoritatis, diuitiarum imprimis, et i. g. a. De quibus quidem ἡδοναῖς Jacobus jam loquitur tanquam de daemonibus, qui corpori infidentes, illud pro arbitrio vexant atque regunt. Huc spectat phrasis τῶν φρατευομένων εν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν, i. e. si ab imagine recesseris, cupiditatum animi tranquillitatem perturbantium. cf. Rom. 6. 12. μη εν ΒΑΣΙΛΕΥΕΤΩ ἡ ἀμαρτία. εν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν, pro εν τῇ σαρκι, vel εν τῷ σώματι ὑμῶν, ex quo αἱ ἡδοναὶ in N. T. dicuntur oriundae: nil amplius denique ac εν ὑμῖν. Apte cum

loco nostro conuenit Rom. 7, 23. et I Petr. 2, 11.

2. 3. Luculentum jam hoc cupiditatum certamen describitur. ἐπιθυμεῖτε, appetitis, sc. doctoris munus, existimationem et i. g. a. καὶ εν εχετε, pro ἀλλ' εν εχετε, vel, ut paulo post, εν εχετε δε. εχετε vero pro λαμβανετε v. 3. sc. eandem illam doctoris dignitatem etc. Φονεуетε καὶ ζηλεуетε, occiditis et inuidetis. *Erasmus*, et qui eum sequuntur, legere jubent Φθονεуетε, nec desunt, quae hanc suadeant lectionem. Siquidem Φθονεуетε synonymum esset τῷ: ζηλεуетε, et gradatione haud interrupta sese exciperent verba: ἐπιθυμεуетε — Φθονεуетε καὶ ζηλεуетε — μαχεуетε καὶ πολεμεуетε, id quod, ex meo quidem sensu, eo majorem ad lectionem hanc commendandam vim habet, cum Jacobus saepius adhibere soleat gradationes. Accedit quod *Oecumenius*, quicquid tandem intellexerit, legit Φονεуетε, quod nonnisi vnus litterae discrimine a Φθονεуетε distinguitur, quanquam obseruante *Bengelio* eo minoris facienda est haec lectio, quo facilius scribarum culpa ex rhythmo ἐπιθυμεуетε oriri potuit. Adde vero, quod et  
I 4 v. 5.

τοχειν. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, οὐκ ἔχετε δὲ,  
 3 διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. αἰτεῖτε, καὶ οὐ  
 λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς  
 ἡδο-

v. 5. Φθους mentio fit, qui tamen cum loco nostro arctissime cohaeret. Ne dicam denique, Jacobum, homicidae si h. l. intelligendi essent, in hos seuerius animaduersurum fuisse. Conquerendum profecto, lectionem, quae ceterum omne tulit punctum, omnemque dirimit difficultatem, ne vnus quidem codicis vel versionis auctoritate suffulciri. Quare lectionem Φουνευετε, quamuis inuita manu, reposuimus, leniorem tamen huic voci non minus ac vocabulis μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε, suadente orationis nexu significationem subijcipientes. Verterim Φον. κ. ζήλ. ac si esset ἐν δια θυοιν, pro ζήλ. ac si esset ἐν δια θυοιν, vel ἐως Φουε. *Ihr hegt tödlichen Haß gegen einander — hasset euch bis auf den Tod.* καὶ, iterum pro ἀλλ. κ. δυνασθε επιτυχεῖν, *assequi non potestis* sc. doctoris illud, quod ambitis, munus. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε. i. e. rixis denique, litibus ac violentia ad scopum vobis propositum peruenire studeatis. vid. ad voc. μάχη et πολεμος v. I. κ. ἔχετε δὲ, pro ἀλλ. κ. δυνασθε ἔχειν, vel επιτυχεῖν, prohibente nimirum prouidentia diuina. δια

το μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, i. e. διότι μὴ αἰτεῖτε, quia non precamini vel Deum, vel homines, quorum est munera ejusmodi aliis conferre, sed proprio studio adhibito quo tenditis, peruenire conamini. Ceterum haud parum ad orationis vim augendam facit formula illa καὶ κ. ἔχετε saepius repetita, nec oratio directa επιθυμεῖτε, ζήλ. etc. pro indirecta εἰν επιθ. κ. κ. etc.

3. αἰτεῖτε, pro ἀλλ. εἰν καὶ αἰτεῖτε. *aber gesetzt ihr hütet auch.* καὶ κ. λαμβάνετε, loco: ὅμως κ. λαμβάνετε. διότι κακῶς αἰτεῖσθε. i. e. quia precamini non honesto consilio, quale illud ipsum est, quod jam addit Jacobus ἵνα — διαπανησάτε, *ut in voluptates consumatis* sc. spolia ista gentibus detracta. Si periphrasi opus esset in loco tam perspicuo, ita circumscripserim v. 2 et 3. πρῶτον μὲν επιθυμεῖτε, ἀλλ. εἰν μὴ ἔχητε, Φουνευετε καὶ ζήλ. etc. εἰν δε καὶ ἔτως κ. δυνασθε επιτυχεῖν, μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε καὶ ὅμως κ. ἔχετε, διότι μὴ αἰτεῖτε, ἀλλ. εἰν καὶ αἰτεῖσθε, ὅμως κ. λαμβάνετε, διότι etc.

ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε. Μοιχοὶ καὶ μοιχαλί- 4  
δες, οὐκ οἶδατε, ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα  
τοῦ Θεοῦ ἐστίν; ὃς ἂν οὖν βουλευθῆ φίλος εἶναι  
τοῦ κόσμου, ἔχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. ἢ δο- 5  
κίητε,

## VARIÆ LECTIONES.

4. εἰν pro καθίσταται 24. ap. M. ex glossate.

4 - 12. Jam ab ἡδοναῖς  
istis, ex quibus omnes istae  
dissidiae atque contentiones  
oriundae sunt, et quidem v. 4  
et 5. a nimio rerum terre-  
narum amore, dehortatur  
Christianos. μοιχοὶ καὶ μοι-  
χαλίδες i. e. homines impiū  
omnino. Summa enim im-  
pietas scriptoribus Judaicis ad  
adulterii similitudinem reuo-  
cari solet Pf. 7, 3. 27. Jes.  
57, 7. 8. 9. Jer. 2, 20. 25.  
3. I. 2. 6. etc. 13, 24. Ez.  
16, 15. sqq. 23, 3. etc. Hof.  
2, 2. 5. 4, 12. 9, 1. Matth.  
12, 39. 16, 4. 2Cor. II, 2.  
vid. nos ad C. 2. v. 25. κοσ-  
μος Jacobo significat res ter-  
renas, 2, 5. in quas fe-  
rebantur αἱ ἡδοναὶ paulo ante  
exprobratae. Φιλία τῶν κοσμῶν  
igitur est nimius rerum ter-  
renarum amor, Deo ipso  
posthabito, zu große An-  
hänglichkeit ans Irdische.  
Cell. Michaelis, quia paulo  
ante impietatem sub adulterii  
nomine exprobrauerat Jaco-  
bus, Φιλίαν eo sensu accipere  
mauult, quo amores et Ve-  
nerem, non quo amicitiam

significat. Prov. 5, 19. 7, 18.  
ἐχθρὰ τῶν Θεῶν ἐστίν, i. q. ἐχθρὰ  
εἰς Θεὸν ἐστίν. Rom. 8, 7. i. e.  
inimicitiam erga Deum inuol-  
vit — Deum laedit. Cete-  
rum in medio relinquendum  
esse putauerim, vtrum haec  
verba spectent ad Matth. 6,  
24. an ad aliam litterarum fi-  
sententiam, forte etiam ad  
nullam; nam verba ὁ ἂν βε-  
ληθῆ — καθίσταται plane re-  
dundare, si, quae praeceffe-  
rant, Jacobi propria essent,  
cum interpretibus quibusdam  
contendere non ausim. Nam  
locus ille communis ὅτι —  
εἰν, siue Jacobi sit proprius,  
siue e libro f. f. repetitus,  
semper verbis ὃς ἂν — καθί-  
σταται ad lectores Jacobi con-  
vertitur. καθίσταται i. q. ἐστίν,  
(vid. supra 3, 6.) quod etiam  
Cod. Cantabrig cum vers. Syr.  
et Aeth. h. l. habent.

5. 6. Jam pergīt Jacobus  
ad ἡδοναῖς inuidiae atque su-  
perbiae rixis illis ansam prae-  
bentes reprehendendas, et  
quidem V. T. effato, v. 5.  
πρὸς — χάριν memoriter,  
I 5 v. 6.

καίτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφή λέγει: „Πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατώκησεν ἐν ἡμῖν, μείζονα ἢ δὲ δίδωσι χάριν“, διὸ λέγει: „Ὁ Θεὸς ὑπερ-

v. 6. vero *διο* — *χαριν* *difer-*  
*tis* s. f. verbis expresso. *κενῶς*,  
*sine* *ratione*, *Jes.* 49, 4. *πρὸς*  
*φθόνον ἐπιποθεῖ*, quae utique  
*jungenda* *censeo*, ex *vulgari*  
*significatione* *particulae* *πρὸς*,  
*et* *ex* *contextus* *ratione* *verto*:  
*contra* *invidiam* *pugnat*, vel  
*invidiae* *resistit*, ut *i.* *fit* *q.*  
*ἐπιθυμει* *πρὸς* *φθόνον*. quo  
*quidem* *verbo* *et* *Hesychius*  
*verbum* *ἐπιποθεῖν* *reddidit*.  
*τὸ* *πνεῦμα* *ὃ* *κατώκησεν* *ἐν* *ἡμῖν*,  
*de* *πνευματιώγῳ* *accipio*, quod  
*semper* *Christianos* *dicitur* *in-*  
*habitare*. *χαρίς* *h. l.* *ex* *Ja-*  
*cobi* *sententia* *non* *tam* *gra-*  
*tiam* *vel* *benevolentiam* *diui-*  
*nam*, *quam* *potius*, *in* *primis*  
*vi* *oppos.* *φθόνου*, *gratiam* *in*  
*agendo* *atque* *dicendo*, vel *hu-*  
*manitatem* *designare* *videtur*.  
*Nos*: *Leutseligkeit*. *μείζονα*  
*χαριν* *vero* *non* *verterim* *ma-*  
*jorem* *gratiam*, sed *aduerbia-*  
*liter*, ac *si* *scriptum* *esset* *μει-*  
*ζονως* *vel* *πολυ* *μαλλον* *δε*,  
*δίδωσι* *sc.* *ἡμῖν*, *ἐν* *οἷς* *κατώκη-*  
*σεν* *τὸ* *πνεῦμα*. *In* *verbis* *au-*  
*tem* *μειζ.* *δ. δ. χ.* *ad* *v. 5.* *re-*  
*jectiendis*, *ex* *proxime* *ante-*  
*cedentibus* *πνεῦμα* *supplen-*  
*dum* *esse*, *dubio* *caret*. *Sen-*  
*sus* *vero* *qui* *sic* *ex* *verbis*  
*prodit*, *hic* *esse* *videtur*: *in-*  
*vidiae* *repugnat* *spiritus* *diui-*  
*nus* *nobis* *concessus*, *ita* *ut*

*potius* *gratiam* *atque* *huma-*  
*nitatem* *erga* *alios* *nobis* *com-*  
*mendet*.

6. *διο* *λέγει*, *sc.* *ἡ* *γραφή*,  
*vel* *ὁ* *Θεὸς* *ἐν* *τῇ* *γραφῇ*. *Uti-*  
*tur* *h. l.* *Jacobus* *hac* *alle-*  
*gandi* *formula* *ad* *annecten-*  
*dum* *ipsum* *Prov.* 3, 34. *lo-*  
*cum*, *modo* *memoriter* *reci-*  
*tatum*, *jam* *vero* *diferteris* *s. f.*  
*verbis* *exprimendum*. *ὁ* *Θεὸς*,  
*LXX* *interpr.* *habent* *ὁ* *κύριος*,  
*textus* *hebr.* *vero* *יהוה*. *ὑπερ-*  
*ηφάνους*. *hebr.* *עַלְיוֹן* *proprie* *ir-*  
*risoribus*. *Jam* *vero*, *cum*, *qui*  
*alios* *irridet*, *de* *propriis* *me-*  
*ritis* *gloriarī* *soleant*, *γὰρ* *quo-*  
*que* *i. e. q.* *ὑπερηφάνος*, *homo*  
*superbus*. *ἀντιπασσεται*, *ad*  
*similitudinem* *ex* *acie* *petitam*  
*spectat*, *resistit* *iis* *i. e.* *felices*  
*eos* *evadere* *non* *concedit*. *Tan-*  
*tum* *quoad* *sensum* *hoc* *re-*  
*spondet* *hebr.* *גַּלְיָה* *irridet*, *il-*  
*ludit* *ipso*, *quod* *cum* *עַלְיוֹן*  
*paronomasiam* *constituit*. *ἀν-*  
*τιπασσεται* *Heb.* *אַנְתִּיכֵיטָא*. *τα-*  
*πεινοι* *עַלְיוֹן* *vi* *oppos.* *ὑπερη-*  
*φάνοι*, *עַלְיוֹן*, *sunt* *mansueti*,  
*non* *gloriantes* *de* *meritis* *suis*.  
*χαρίς*, *ἢ* *proprie* *est* *gratia*,  
*benevolentia*, *deinde* *vero* *etiam*  
*beneficia* *designat*, *quae* *gra-*  
*tiae* *atque* *benevolentiae* *ac-*  
*cepta* *referimus*. *δίδωσι* *χα-*  
*ριν*, *hebraismus*, *חַן* *חַנּוּן*, *i. e.*  
*man-*



ἡρόνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.,  
 ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ· ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, 7  
 κα)

mansuetos benevolentia prosequitur, vel beneficiis ornat. Sic cecinit vetus poeta. Vtrum vero Jacobus et h. l. vt v. 5. in voce χάρις de gratia in externo corporis habitu atque agendi ratione conspicua, an potius integrum locum nexu suo recitans cum sancto poeta de benevolentia diuina cogitauerit, decernere non aulam. Praefero tamen posterius. Quem quidem horum versiculorum sensum vberius explicatum, argumentisque confirmatum vide Excurs. 4.

7 - 10. Commata haec propter nexum cum v. 5 et 6. adhuc reuocanda videntur ad Christianos a nimia superbia dehortandos. ὑποταγητε, αντιστητε, Φευξετα. Inhaeret Jacobus similitudini ab acie repetitae, et inde a vocabulo αντιτασσειν inchoatae. ὑποταγητε, reciproce reddendum subijcite vos ipsi. Rom. 10, 3. 13, 1. 5. Eph. 5, 21. 22. 24. Col. 3, 18. Tit. 2, 5. 9. 3, 1. 1 Petr. 2, 13, 18. 3, 1. 5. 5. ὑποτ. τῷ Θεῷ i. q. 1 Petr. 5, 6. ταπεινωθητε ὑπο την κραταιαν χειρα τῆ θεο. i. e. subijcite vos regimini atque numini diuino, eique sapientissimo, potentissimo, nimirum si auctoritate, honoribus et externo omnino

splendore vos conspicuos esse non vult, nec vanis conatibus vos voluntati eius opponite. Epictetus apud Arrianum p. 419. eodem sensu adhibet προσκατασσειν ἑαυτον τῷ Θεῷ. Εαν, inquit, τῷ Θεῷ ΠΡΟΣΚΑΤΑΤΑΞΕΙ ΗΙ ἑαυτον, διελευσεται ασφαλως. Πως λεγει ΠΡΟΣΚΑΤΑΤΑΞΑΙ; ἰν', ο αν εκενος θελη, η αυτος θελη. και ο αν εκενος μη θελη, τιστο μηδ αυτος θελη. διαβολος, daemonum improborum dux atque princeps, a διαβαλλειν, quod tamen non solum est calumniari, sed etiam decipere omnino, (cf. Aristoph. Av. p. 616. διαβαλλεται σε ο θειος, vbi Schol. τῷ διαβαλλειναι χρωμαι αντι τῆ εξαπαταν, ως και Αρχιπρος εν πλετω - του γαρ γεροντα διαβαλλεμα. Hes. διαβαλλοντο, εξαπατησαν. 2 Cor. 11, 3.) sic dictus, qui tum calamitates inprimis religionis chr. causa sustinendas hominibus immittere, tum ad peccata quaeuis, praecipue ad inuidiam atque superbiam eosdem sollicitare putabatur. cf. 3, 15. Eph. 4, 27. 6, 11. 1 Theff. 2, 18. Apoc. 12, 12. 1 Petr. 5, 8. 9. αντιστητε τῷ διαβόλῳ, resistite diabolo tanquam hosti, i. e. non patiamini vos ab eo seduci. Φευξετα αφ ὑμων, tanquam

καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν ἐγγίσατε τῷ Θεῷ, καὶ ἐγὼ  
8 γινεῖ ὑμῖν. καθαρίσατε χεῖρας, ἀμαρτωλοὶ, καὶ  
ἀγνί-

quam hostis profligatus, i. e. non amplius vos ad peccata sollicitare atque pellicere audebit.

8. ἐγγίσατε τῷ Θεῷ καὶ ἐγινεῖ ὑμῖν, sunt hebraicae loquendi formulae קָרַב, נָגַשׁ. ἐγγίσειν enim dicuntur homines Deo, quando eum venerantur, debitoque prosequuntur obsequio, כָּרַב, contra et קָרַב recedere a Deo, quando obsequium ei denegant. Jes. 29, 13. Repetita videtur metaphora a sacerdotibus, Ez. 43, 19, 44, 13. vel Judaeis omnino, qui Deum adoraturi templum ingrediebantur. Deus vero קָרַב ἐγγίσειν (ἀνθροποπαθως) dicitur hominibus quando iis opitulatur, vel propitius est. 2 Paral. 15, 2. Pl. 145, 19, 20. Jes. 57, 15. Cic. de N. D. 1, 14. Deus occurrit nobis in precibus, optatis, votis. Sensus itaque est: obtemperate praeceptis divinis (inprimis, quod contextus requirit, invidiam superbiamque fugiendo,) et Deus vobis erit propitius. Ad utramque dicendi formulam spectat locus Philonis a Loesnero ad h. l. allatus de migr. Abr. p. 397. Α. ἄτος ὁ ὅρος ἐστὶ, τὰ μεγάλα Θεοῦ, τὸ ΤΩ: ΘΕΩ: ΣΥΝΕΓΓΙΖΕΙΝ, ἢ ᾧ

ΘΕΟΣ ΕΓΓΙΖΕΙ. καθαρίσατε χεῖρας ἀμαρτωλοὶ, purgate manus sc. sanguine pollutas. cf. Jes. 59, 3. 6. Jon. 3, 8. Prov. 6, 17. Pl. 26, 6. 9. 10. Cum enim Jacobus Christianos, alios lingua infectantes, tanquam φονεῖς detestatur (cf. v. 2. et 5. 6.) commode eos sic ab injuria debortari potuit: providete ut manus habeatis puras sanguine, nec amplius φονεῖτε. Magis tamen arridet καθαρίσασθε χεῖρας ad frequentes lotiones Hebraeorum referre, quae omnino pro symbolo μετανοίας haberi solebant. Pl. 18, 21. 25. coll. v. 22. sqq. cf. Raphaelius in annot. Polyb. ad h. l. ἀγνίσατε καρδίας διψυχοὶ. Et haec hebraica est loquendi ratio. Pl. 51, 2. 10. Jer. 4, 14. cf. Matth. 15, 19. 20. Marc. 7, 20 - 23. 2 Cor. 7, 1. 1 Petr. 1, 22. 1 Joh. 3, 3. parallelismi causa cum verbis καθαρίσασθε χεῖρας juncta. Sensus est: purgate corda a vitiis, invidiae potissimum atque superbiae, de quibus ante sermo erat. διψυχοὶ eodem sensu quo supra 1, 8. Vt vero καθαρίσασθε χεῖρας αὐτῶν ad externam vitae integritatem, ἀγνίσατε καρδίας vero ad internam animi innocentiam cum Καρποβίο referendum esse statuum, a me imp-

ἀγνίσατε καρδίας, διψυχοι. ταλαιπωρήσατε, καὶ  
πενθήσατε, καὶ κλαύσατε ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος  
μετα-

impetrare non possum. Sic enim distinguere, singulisque verbis inhaerere non solent veteris aevi scriptores, formulis parallelis sententias pronuntiaturo. Contra egregie huc pertinet locus e Porphyrio ab eo ad h. l. allatus, de abst. ab animal. 4, 13. *Judaei jubentur jurare ΧΕΙΡΑΣ κλοτης καὶ ΨΥΧΗΝ ανοσις καρδίας ΚΑΘΑΡΑΝ φυλάξειν.*

9. Inest huic commati per gradus asurgens verborum trinitiam significantium congeries, quo major moeroris atque pudoris Christianis, quos alloquitur, sensus injiciatur. cf. 5, 1. *ταλαιπωρησατε*, hebr. *מטרים* non: *affligite vos met ipsos* jejuniis aliisque duris corporis exercitiis, sed: *miseri estote*, i. e. *miseros vos agnoscite*. *ταλαιπωρος*, Hef. *τλητικός. επικωνος. πενθήσατε*, hebr. *מבא*. proprie *lugubrem induite vestem* Gen. 37, 33. 2 Sam. 13, 37. 19, 2. deinde, vt et h. l. omnino *lugete*. *κλαύσατε*, hebr. *בכה*, *plorare*. ὁ γέλως — *μεταστροφήτα*, et *καὶ* — *κατηφειαν*, iterum per parallelismum invicem juncta sunt. γέλως itaque non, quod Michaili placet, *risus disputatorius*, sed

i. q. *χαρὰ, gaudium omnino*; nullius certae rei, de qua potissimum gaudeant, ratione habita. *κατηφεια* proprie *vultum* significat *in terram defixum*, sine prae moerore sine prae pudore hoc fiat. *Ety-mol. M- κατηφειαν* exponit per *κατω βυλθειν τα φαη*. *Plutarchus* περι δυσωπιας docet *κατηφειαν* definiri *λυπην κατω βλέπειν ποιῶσαν*, plane vt hebr. *מבא מלפני*. Sic quoque *κατηφης* Sap. 17, 4. et *καταφειη* Hom. II. π. 498. et 556. Hoc loco vero vtrumque. *moerorem cum pudore conjunctum* denotare videtur, qualis e. c. fuit in publicano oculos attollere non audente Luc. 18, 13. *Suid.* *κατηφεια, συνδροποτης, superciliosa et tetrica facies. Hef.* *κατηφεια, συννοτης. ονειδος* etc. Sed vterque sensum magis quam etymon expressisse videtur. ὁ γέλως — *κατηφειαν* ceteroquin gradu adhuc superat verba *κλαύσατε καὶ πενθ.* omnem risum, omnemque laetitiam prorsus excludendo. Ceterum totum hoc comma ad poenitentiam referri solet, nec id plane contra nexum hujus loci. Modo, si ita stauerimus, cauendum est, ne ad viuum vsque omnia refecantes lachrymas semper, vultumque

10 μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν. ταπεινώθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου, καὶ ὕψωσιν ὑμᾶς.

Μη

tumque demissum ad poenitentiam Deo probatam requiramus, sed potius nil nisi *veram animi tristitiam* eo modo, quo in vita hominum vulgo se exserere solet, a Jacobo descriptam existimemus. Sed si quid sentio, magis adhuc nexus cum antecedentibus inprimis vero cum consequentibus suadere videtur, vt omnia ad *modestiam animique demissionem* in locum effrenatae superbiae Christianis commendandam reuocentur. Saepius enim fieri solet, vt non solum N. T. scriptores, sed etiam alii a vitio quodam dehortantes, tum in loquendo tum in scribendo animi ardore abrepti, in contrariae virtutis commendationem aliquanto grauiorem et vehementiorem delabantur. Quo quidem factum esse putauerim, vt etiam Jacobus *ταπεινώσειν* Christianis commendaturus *tristitiam in lachrymas prorumpentem* ab iis postularet.

10. ταπεινώθητε, i. e. ταπεινούτε ἑαυτοὺς. τὸ κυρίῳ, pro τὸ Θεῷ. ἐνώπιον τὸ κυρίῳ, hebr. יהוה לפני. ταπειν. εν. τ. κ. idem sibi vult, quod ὑποταγήτε τῷ Θεῷ v. 7.

*subijcite vos Deo, ejusque regimini.* ὕψωσιν ὑμᾶς, exaltabit vos; nimirum in *sublimiores felicitatis gradus*. Oppositum est hoc vocabulum verbo *ταπεινώθητε*, neque tamen sic e diametro, vt, quia *ταπεινώσειν* in *miseriae spiritualis sensu* conuiteret, ὕψωσις ad *collationem donorum spiritualium* referatur. Hoc enim sensu ὕψωσις et ὕψω nullibi me legere memini, nec *ταπεινώσειν* tam *miseriae spiritualis*, quam potius *impotentiae* atque *imbecillitatis* notionem inferre videtur. Ceterum S. V. Storrius, acutus atque in s. litteris versatissimus interpres, Job. 22, 19. hic comparari vult. Ex hac ipsa vero comparatione colligit, Jacobum non a Petro I ep. 5, 6. sed a Jobo ad hanc sententiam deductum esse, cum Petri contextus nil habeat, vnde Jobum respexisse dici possit; contra vero inde, quod Petri loco eadem Jacobi sententia iisdem verbis repetita, atque adeo cum eodem Prouerborum loco, quo et Jacobus vsus erat, conjuncta legitur, Petrum omnem locum ex Jacobo mutasse, hunc igitur illo priorem scripssisse probabile videri.

Μὴ καταλαεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί· ὁ κατα- II  
λαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ κρίνων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ,  
κατα-

## VARIAE LECTIONES.

II. Pro καὶ priori habent ἢ A. 4. 7. 8. 9. 18. 25. Vulg. Syr. utr. Copt. nisi forte versiones istae sensum magis, quam verbum de verbo expresserint.

II. 12. Castigatis jam ἡδοναῖς, ex quibus rixae atque contentiones oriebantur, iterum ad argumentum Cap. 3, 9 - 16. rediens, ab ipsis illis rixis atque calumniis eos reuocare studet, propositis duobus hisce argumentis: *primum*, calumnias atque obtreccationes profus aduersari legi diuinae v. II. *deinde* vero, solum Deum, utpote legislatorem, iudicem quoque sedere posse, an et quatenus legem obseruauerint vel neglexerint homines v. 12. καταλαλεῖν hebr. קטל Ps. 50, 20. 44, 17. i. e. q. alias βλασφημεῖν. 2 Reg. 19, 6. 22. vel καταφρονεῖν, *criminari, detrahere alteri.* *Bensonus* vero, *Michaëlis* et interpretes tantum non omnes, in nexus ratione indicanda operam collocantes, *Jacobum* sic praecipientem respicere putant ad Christianos, qui, ex *Judaeis* conuersi, ethnico Christianos legum ritualium, praecipue earum, quae ad ciborum delectum pertinebant, contemptores damnabant. cf. Rom. 14, 1. I Cor. 8.

Sed haec non minus ex inprouiso nec villo vinculo cum antecedentibus connexa hic comparent, ac si vniuersale praeeptum de non calumniando hic dari existimare velis. Quidni potius de Christianis cogitemus, eam ob causam se inuicem obtreccantibus, quia, delato in alios doctoris munere, se iis posthaberi sentiebant. In hoc enim argumento epistola maximam partem versatur. ὁ καταλαλῶν, mente supplendum ὁ γὰρ καταλ. καὶ κρίνων, pro composito καὶ κατακρινῶν, i. q. καταλαλῶν. νομος, pro νομῶ Μωσῶος accipiendum, non ad religionem chr. transferendum esse putauerim, quae cum adjuncto quodam vocabulo νομος ελευθερίας, vt I, 20. et 2, 12. vel νομος χριστὸς Gal. 6, 2. vocari solet. κρινεῖ iterum pro ἡκακρινεῖ, et i. q. καταλαλεῖ. Jam vero καταλ. νομ. κ. κριν. νομ. paronomasiae causa cum antecedentibus sic exprimitur, et sensus hic est: *legem vituperat atque migrat, laedendo nimirum νομὸν βασιλικόν, mutuam amorem omnibus prae-*

12 λαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἰ δὲ νόμον κρίνεις, οὐκ εἶ ποιητῆς νόμου, ἀλλὰ κριτῆς εἰς ἔστιν ὁ νομοθέτης· ἢ ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι· σὺ δὲ τίς εἶ, ὃς κρίνεις τὸν ἕτερον;

"Αγα

\* καὶ κριτῆς.

## VARIÆ LECTIONES.

12. Initio hujus commatis ἐτι οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ἐν Θεῷ τὰ δι-  
βήματα ἀνθρώπου καθυστεροῦνται. 18. ex elencho capitum Euthalii. Eadem  
post ἕτερον siue πλησιον infra addunt 2 in m. 15. 26. 30. 36.

Ibidem post νομοθετῆς verba καὶ κριτῆς addunt A. 4. 5. 7. 8. 13.  
14. 15. 16. 21. 26. 27. 29. 31. 33. 36. 38. 40. 46. 61. Syr. vir.  
Eyp. Copt. Acth. Vulg. Corb. slaviac. Cyr. Antioch. Euthal. Cassiod. Ed.  
Colinaei, probb. Castalone, Hammond, Griesbachio, idemque addita-  
mentam, ex nostro quidem sensu, tum, quod præcedit v. 11.  
κριτῆς, tum, quod sequitur, ὃς κρίνεις, quodammodo requirere videtur.

Ibidem pro ὃς κρίνεις legunt ὁ κρίνων A. 5. 8. 13. 25. 27. 29. 38.  
Syr., Ed. Colinaei, probb. Bengelio.

πλησιον denique pro ἕτερον legunt codd. iidem et 40 in m. Syr.  
Eyp. Copt. Vulg. corb. Acth. probb. Bengelio, reprob. Griesbachio,

praecipientem. Sic in *Debarim Rabba* lect. 6. f. 258. 4. *Dixit R. Ase*: nemo alteri detrahit, qui non simul Deum abneget. vid. Schoetgen. p. 1029. ἔ ποιητῆς νόμου, i. e. ἔ ποιων, τηρων, vel φυλασσων τὰ τῶ νόμου. דבריו כח השם Deuter. 6, 25. ἀλλὰ κριτῆς κ. τ. λ. Prout locum interpungas, ita varie intelligi potest. ἀλλὰ κριτῆς enim, puncto in fine versus posito, vel referendum est ad proxime superiora, ut i. sit q. ἀλλὰ

κατακρινων sc. τον νομον, syn. voc. κρινεις, (quod vide); vel jungendum cum v. 12. sic: ἀλλὰ κριτῆς εἰς εἰν, ὁ νομοθ. κ. τ. λ. tunc omnia ad Deum spectant, qui, ut summus legislator, unice quoque iudex sedere potest. Quia vero verba καὶ κριτῆς v. 12. ex nostro quidem sensu utique retinenda (vid. var. lect.) sic plane languerent, in priorem rationem nunc fere magis inclino. Ut tamen liberum Lectori iudicium maneat,  
ab

"Αγε νῦν οἱ λέγοντες" ὡς Σήμερον καὶ αὐριον πο-  
 ρυσώμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ  
 ἐνιαυ-

VARIAE LECTIONES.

13. καὶ prius (loco ἦ) tuentur A. 1. 2. 4. 10. 14. 15. 16. 17. 18.  
 19. 21. 22. 38. 40. 47. Syr. post. Ar. pol. Cyr. Oec. Edd. plur. probb.  
 Millio, Bengelio, Griesbachio. ἦ καὶ 40. Euthal.

Ibidem πορευόμεθα — ποιήσωμεν — ἐμπρευόμεθα, pro πορευέ-  
 μεθα — ποιήσομεν — ἐμπρευόμεθα, habent A. 1. 2. 4. 10. 11. 14.  
 15. 16. 17. 18. 21. 38. 40. 47. Edd.

ab interpunctione hujus loci  
 omnino abstinendum censui-  
 mus.

12. Jam si priorem ratio-  
 nem sequaris, v. 12. ita est in-  
 telligendus. εἰς ἔστιν ὁ νομο-  
 θετης, utique Θεος; Grotius  
 vero, Michaëlis, alii Χριστος,  
 Hebr. 8. 6. sensu ne minimum  
 quidem mutato. εἰς νομ. κ.  
 κριτης; i. e. διότι ἐν ἐστὶ νομο-  
 θετης εἰ μὴ εἰς, δια τρετο καὶ  
 εἰς μονου κριτης ἐστὶ, vel δυ-  
 ναται εἶναι, quia nonnisi unus  
 est legislator, ergo quoque non-  
 nisi unus iudex sedere potest.  
 δυνατος, i. e. ὡς δυναται, καὶ  
 ὡς ἔξει, qui jus et potestatem  
 habet. Act. 4. 20. 2 Cor. 12,  
 8. σωσαι καὶ ἀπολεσαι, nimi-  
 rum conferenda olim aeterna  
 salute, vel infligendis aeter-  
 nis suppliciis. Matth. 10, 28.  
 28. 18. Joh. 5, 22. 27. Act.  
 10. 42. συ, supplendum δε.  
 τις εἰ; quis, i. e. quam hu-  
 milis es? neque legis auctor,  
 neque a Deo iudex animo-  
 rum constitutus. ὡς κρινεις,

pro ὡς θελεις κατακρινειν,  
 vel ὡς σε κρινειν. qui sumis  
 tibi condemnare alios, quod  
 tibi non licet. Rom. 14, 4. 10.

13 - 17. Omnia hucusque  
 aliquo saltem vinculo cohæ-  
 ferunt; inde vero ab hoc  
 commate Jacobo, epistolæ  
 finem facturo, alia adhuc ex  
 alia sese quasi obtrudit cohor-  
 tatio, quas quidem vir san-  
 ctissimus, Christianorumque  
 amantissimus, ne quid omit-  
 teret, quo isti ad meliorem  
 frugem reduci possint, epi-  
 stolæ annectere non omittit,  
 in quibus tamen inuicem con-  
 nectendis ob hoc ipsum fru-  
 stra operam collocaueris. Sin-  
 gularem ejusmodi, nec cum  
 præcedentibus jungendam co-  
 hortationem v. 13 - 15. quo-  
 que constituunt, in quibus  
 sub gloriosi mercatoris exem-  
 plo, qui negotiandi causa in  
 hanc vel illam urbem profici-  
 scisci, ibique per tempus ali-  
 quod commorari secum con-  
 stituit,

K

14 ἐνιαυτὸν ἓνα, καὶ ἐμπορευσώμεθα, καὶ κερδήσωμεν·  
 (οἷτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον· ποία γὰρ ἡ  
 ζων)

fituit, quasi haec omnia a solo ipsius arbitrio, nec potius a summi numinis voluntate penderent, omnia omnino, quaecunque cogitemus atque agamus, ad summum numen referenda esse, ostendit. *αγε*, et lat. *age* apud Graecos et Latinos est hortandi vocula, non solum cum singulari sed etiam cum plurali jungi solita. *Homer. Battrachom. v. 190.*

Αἰ. ΑΓΕ παυσώμεσθε Θεοὶ  
 τῆτοισιν ἀρηγεῖν.  
*Xenoph. apol Socrat. AGE δε  
 ἀκροατε. Cic. pro Mil. Cap. 21.  
 age nunc — comparate etc.  
 Servius ad Aeneid. 2. v. 707.  
 Age non est modo verbum  
 imperantis, sed adverbium  
 hortantis; adeo ut plerumque  
 age facite dicamus, et singu-  
 larem numerum copulemus  
 plurali. Interdum vero αγε  
 nonnisi transeunti ad tractan-  
 dam novam materiam inseruit,  
 et sic et h. l. acceperim. Nos:  
 Jetzt wende ich mich an  
 Euch. Nun auf Euch zu  
 kommen. Noch ein Wort  
 der Ermahnung an Euch.  
 vid. Hoogeveen de part. p. 1312.  
 Zeune ad Xenoph. Cyrop.  
 p. 462. et Westf. in h. l.  
 οἱ λεγοντες, ut ἰηρμακ pro  
 cogitantes. σημερον καὶ αυ-  
 ριον, pro σ. η. α. εἰς τὴν δε*

τὴν πόλιν, in hanc vel illam urbem. Sic de personis Graeci dicunt *προς τον δενα. ποιειν* vbi cum vocabulo temporis, vt h. l. cum *ενιαυτον*, iungitur, est *διατριβειν, commorari*. Sic quoque occurrit Act. 15, 33. 18, 23. 20, 3. 2 Cor. 11, 25. Eodem sensu et Hebraei *והו* adhibent Eccl. 7, 1. vel in aliis edd. 6, 12. Sed et Latini dicunt *facere cum aliquo paucos dies, vel annos multos*. Vbi vero absolute hoc sensu vsurpatur, supplendum est *χρονον*, vel *καιρον*. *ενα* h. l. positum est pro articulo nostro indefinito. *εμπορευσθαι*, proprie mare *traficiens negotiari*, deinde vero, vt et h. l. omnino est *mercaturam facere*, et syn. voci *κερδωνω*. *Seneca de breuit. vit. 3 et 4. Repete memoria tecum, quando certus consilii fueris, quotusquisque dies vt destinaveras, recesserit*. Et deinde: *audies plerosque dicentes: a quinquagesimo in otium secedam, sexagesimus annus ab officis me dimittet. Et quem tandem longioris vitae praedem accipis? quis ista, sicuti disponis, ire patietur?*

14. Non verba modo ποιᾷ  
 — ἀφανίζομενη, quod Carp-  
 zovio,



ζωῆ ὑμῶν; ἀτμίς γάρ ἐστιν, ἢ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη.) ἀντὶ τοῦ λέγειν 15 ὑμᾶς

zovio, Wollium sequuto, placet, sed totum potius comma vncis includendum est, in quo strictim Jacobus ostendit, quantopere a sana mente alienum sit, spes ejusmodi nimis longas animo concipere, quibus tamen per seculi mortalis natura saepissime haud finat. οἰτινες, cum vos tamen etc. το της αυριου, i. e. το πραγμα, vel τα συμβαινεντα της αυριου εσης ημερας. Sensus est: cum tamen ne in crastinum quidem diem vitam certa spe praesumere possitis. Prov. 3, 28. 27, 1. Matth. 6, 34. Luc. 12, 19. 20. *Episcurus* ap. Stob. 16. συ δε της αυριου εν ων αυριος, αναβαλλη του καιρου. *Plut.* ad Apollon. C. ex Eurip. Alceste. Βροτοις ἀπασι κατθανειν οφειλονται, εν ειν αυτων οσιν εξεπισχεται, την αυριου μελλεσαν ει βιωσεται. Plura dabit *Wetst.* ποια γαρ ἡ ζωη; etc. interrogando atque respondendo vis orationis augetur. ατμίς, i. e. ὡσπερ ατμίς. Solemnis haec caducae atque periturae hominum vitae imago. cf. 1 Paral. 29, 15. Job. 8, 9. Pl. 102. II. 144, 3. 4. Sic et *Aeschylus* de vita humana:

Καυ πῖνον εἶδεν μάλλον, ἢ  
καπνὸς σκία.

*Seneca* Troad 393.

*Vt calidus fumus ab ignibus  
Vanescit per spatium breue  
sordibus;*

*Sic hic, quo regimur, spiritus effluet.*

Sic et *Sophocles* haud vno loco. γαρ, h. l. vel transeundi vel asseuerandi particula, vt sit profectio. vid. *Kypke* ad Act. 16, 37. et *Hoogeveen* ad *Vigerum* p. 479. not. 5. πρὸς ὀλίγον, sc. χρόνος vel καιρος. Φαινόμενη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη, participia posita sunt pro verbis finitis: Φαινεται καὶ ἀφανίζεται. exiguum apprens, tum autem euanescent.

15. Jam versus hic, demta commatis 14 parenthesi, arctissime cohaeret cum v. 13. Qui dicitis, v. 13. loco ejus, quod dicere debeatis v. 15. ἀντι τε λεγειν ὑμας, pro αντι τετε, ὅτι δεῖ λεγειν ὑμας. λεγειν vero iterum vt γινωσγιτаре, vnde sponte jam sequitur, mentem Jacobi non eam esse, vt quodlibet negotium grauioris momenti a formula εν — ζησωμεν ore pronuntianda auspicemur, -- quod perperam colligi solet ex h. l. nimis ad verbum intellecto, — nam perpetua cogitatio providentiae diuinae, vna cum conscientia fragilitatis nostrae imo pectori infixā, magis Deo  
K 2 pro-

ὕμᾱς· Ἐάν ὁ Κύριος θελήσῃ, καὶ ζήσωμεν, καὶ  
 16 ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.,, νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν  
 ταῖς

probatur, ac phrasis illa, quae, saepius ore repetita, animum denuo plane non mouet; nec ipse Paullus in itineribus aliisque negotiis inchoandis hanc formulam semper difertis verbis addit. Rom. 15, 28. I Cor. 16, 5. etsi nonnunquam ea uti solet, v. c. Act. 18, 21. I Cor. 4, 19. Similiter scriptores Judaei atque ethnici. Benfira: *numquam dicat homo, facturum se quicquam, nisi prius dicat: si Deus uoluerit.* Et Xenophon saepius: ἢ ὅσος θελή. vid. *Raphelium* in h. l. καὶ ποιήσωμεν. καὶ ex hebraismo apodosin protali jungit, quasi scriptum esset: τότε ποιήσ. Ceterum haec ad Christianos alloquitio, inde a v. 1. incipiens, ita accipienda est, ac si iis praecepisset ferefic: λεγέτε, σημερον — κερδησωμεν, ἀλλὰ δεῖ λεγειν ὑμᾶς, εἰαν ὁ κυριος — ἐκεῖνο.

16. νυνδε, contrarium ejus indicat, de quo ante sermo fuerat. i. q. μάλλον δε. Nos: *so aber.* καυχᾶσθε, sc. de eo, quod omnia vobis ex sententia succedere debeant. ἀλαζονεια. proprie quidem est *mendax gloriatio*, secundum Platonem ἐξῆς προσποιητῆ ἀγαθῶν, τῶν μὴ ὑπαρχόντων. *Etymol.* ἀλαζων, κομπᾶσης —

ὁ ἐπὶ πλεον τῶν ἑαυτῶ κομπᾶζων, τὸ ἐναντιὸν τῆ εἰρωνείᾳ. Εἰρων γὰρ ὁ ἐπὶ τῷ ἡττοῦ ἀγων καὶ μειῶν, ὅταν δυναμῆνος φασίγη, μὴ δυνασθῶν. *Virginius* in *Demosth.* Phil. 1. ἀλαζονευσθῆναι μὲν γὰρ τὸ πλείονα ἐπαγγελῆσθαι δυνασθῆναι ποιεῖν, ἢ περ δυναίτο. Jam vero cum diuites, fragilitatis suae plane immemores, non tam simulant, quam potius sibi certo persuaderent, se pro arbitrio praestituros esse, quae tamen praestare non poterant, ἀλαζονειαν hic, praesente *Storio*, pro *arrogantia* sumimus, quae significatio non minus huic vocabulo competit. *Suid.* ἀλαζονεια, ὑπερηφανεια. *Theophr.* Charact. 23. ἡ ἀλαζονεια δοξείην εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ οὐτῶν. *Jos.* ant. 8, 10. 4. Ροβοαμος — τοῦ τροπον ἀλαζων ἀνηρ, καὶ ἀνοητος, καὶ δια τὸ μὴ προσεχειν τοῖς πατρωοῖς φίλοις, τὴν ἀρχὴν ἀπολεσας. Eodem sensu et hebr. רמז cum ab *Aquila*, tum a *Theodotione* per ἀλαζονεια redditur, ἀλαζονεια itaque hoc nexu est *arrogantia*, omnia pro arbitrio suo praestandi. Plurali autem numero utitur *Jacobus*, quia plures alloquitur. καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονειᾶς, *glorianini* pro *vestra arrogantia*, pro

ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν πᾶσα καύχησις τοιαύτη  
 πονηρά ἐστίν. εἰδοῦσι οὖν καλὸν ποιεῖν, καὶ μὴ 17  
 ποιοῦντι, ἀμαρτία αὐτῶ ἐστίν.

Ἄγε ἵν' οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες V.  
 ἐπὶ

καυχασθε καὶ ἀλαζονευσθε.  
 καυχῆσις τοιαύτη, sc. ex ar-  
 rogantia profecta. πονηρα  
 ἐστίν. Prov. 2, 14. Sirac. 9,  
 10. II. Jer. 9, 23. 24. II,  
 15. I Cor. I, 31. 5. 6. 2 Cor.  
 10, 17. Phil. 3, 19.

17. καλον, id quod rectum  
 atque honestum est. vid. ad  
 καλον ποιεῖν, pro ὡς δεῖ καλον  
 ποιεῖν. καὶ μὴ ποιεῖντι, suppl.  
 κ. ὁμως μ. π. ἀμαρτία αὐτῶ  
 ἐστίν, pro αὐτῶ ἀμ. ἐστ. sc. το  
 μὴ ποιεῖν το καλον. ei violatio  
 legum, quas novit, pro pec-  
 cato imputanda est. Nos:  
 für den ist es sündlich, adeo-  
 que, quod subticetur, sup-  
 plicis dignum. cf. Joh. 15,  
 22. Sensum vero hujus loci  
 communis optime ad Christia-  
 nos sic reuocat Grotius: mo-  
 niti estis a me, nec ignorantiam  
 potestis obtendere. Si  
 quid igitur (εὖ) tale amplius  
 jactamini, grauior erit culpa.

Cap. V, 1-6. In explican-  
 dis hifce versiculis interpre-  
 tes in diuersas digrediuntur  
 sententias. Alii Iacobum ad  
 Judaeos impios orationem di-  
 rigere existimant, inter quos

disperfi debebant Christiani,  
 quia Christianos ejusmodi fla-  
 gitia, qualia hic commemo-  
 rantur, commississe, omnem  
 veri speciem excedat; sed vn-  
 denam, arbitremur, Iacobum  
 sperare potuisse, fore, vt  
 hae litterae in Judaeorum ma-  
 nus peruenirent, Judaeique,  
 his perlectis minas exhorre-  
 scentes, ad meliorem frugem  
 reuenterentur? Quare alii,  
 praeunte Benfano, Iacobum  
 eisdem quidem Judaeos επι-  
 σσε, sed per apostropheν allo-  
 qui existimant, cum quia  
 ejusmodi apostrophe nec pro-  
 fanis nec sacris scriptoribus  
 plane infrequens sit, Apoc.  
 18, 20. eoque minus mirum  
 videri possit, Iacobum potissi-  
 mum hoc loquendi genere vti,  
 cum tota epistola sublimiori  
 stylo conscripta sit; tum quia  
 Iacobus v. 7. ab apostrophe  
 illa rediens ad Christianos  
 (ἀδελφῆς) se iterum conuer-  
 tere videatur; tum denique,  
 quia Judaei non modo in Pa-  
 laestina, (Jof. de b. i. 5, 20.  
 34. et 6, 27.) sed etiam  
 in distitis orbis terrarum par-  
 tibus Christianos acerrime per-  
 sequuti, (Dio Cass. 1, 66.)  
 K 3 luxu-

ἐπὶ ταῖς τάλαντωρίας ὑμῶν ταῖς ἐπερχομένας.

6

luxuriae vero deditissimi fuissent, id quod ex pluribus Philonis locis apparet, qui publicam illam morum depravationem gravissime reprehendit. *Alii* denique, quorum sententia et mihi prae caeteris probatur, et hunc locum, ut totam epistolam, ad *Judaeo-Christianos* referendum esse statuunt. Nam si Cap. 2, 6. sqq. quae loco nostro similima sunt, ad Christianos et Judaeis conuersos spectare non dubitaueris. quid eosdem et h. l. intelligi vetabit? Et nonne oratio in priori capituli quinti parte ad eosdem illos diuites dirigitur, quos Iacobus in posteriori capituli quarti parte alloquutus erat? Quod si vero illam apostrophen ad Judaeo-Christianos refers, etiam hanc ad eosdem referri necesse erit. Malumus tamen nil certi hic definire, sed ignorantiam nostram potius ingenue farentes haec futuri cuiusdam interpretis ingenio relinquere, cui de iis, ad quos data sit epistola, certiora vestigia indagare contingerit; nam inde sine dubio omnis in hoc argumento dijudicando disputatio pendet. Jam v. 1-6. iterum ad diuites se conuertit Iacobus, neque tamen ita, ut, quae est Carpozvii sententia, propter formulam repetitam *αγε νυν*

a commate nostro apodosis incipiat, cujus protasis a v. 13. Capitis 4. vsque ad v. 17. extendatur, — haec enim apodosis longior, et ab argumento protaseos nimis diuersa videri possit, — sed cohortatione potius plane noua Iacobus v. 1-3. diuites a nimia fiducia in diuitiis collocata eo reuocare studet, quod fragile eas, atque caducas esse ostendit. *αγε νυν*, vid. ad 4, 13. *ολολυζειν*, Verbum hoc, *ονοματοποιητικον* ut videtur, quamuis apud Graecos etiam de hymnis laetis, et precibus praecipue mulierum, diebus festis cum vulvata ad aethera factis occurrit; (vid. *Barnesium* ad Anacreontis *οδ. μ. εις ερωτα. v. 4. 5. Euripid. Iphigen. in Taur. v. 1137. et Hom. Od. γ. v. 450. δ. v. 467.*) plerumque tamen, et apud LXX interpretes hebr. *הִלֵּלָהּ* per *ολολυζειν* reddentes *Jes. 15, 3.* semper, *ejulandi* notione, quae et h. l. obtinet, occurrit. Aperte ad hanc explicationem *Etymol. ολολυγη, Φωνη γυναικων, ην ποιανται εν τοις ιεροις ευχομεναι, η απλως ο μετα ηχη κλαυθμος και θρηνος παρα το ολολυζω. Eustathius ad Il. ζ. 301. οτι ολολυγην την των γυναικων ευχην καλει ο ποιητης, και το συν οικτω αυτας ευχεσθαι ολολυζειν Φησιν. οι δε*

ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σπτό-2  
βρωτα

ὅσα νεωτεροὶ ἐπὶ τῆς κλαίειν το  
ολολεζειν εβεντο. Suid. ολο-  
λυζειν, θρηνησιω. Hes. ολο-  
λυγη, Φωνη λυπηρα. ολο-  
λεζειν itaque hic non differt a  
κλαίειν, cui jungitur. Locus  
ceterum est quasi propheticus  
spiritu pronuntiatus. Sic  
enim loqui solent prophetae  
mala imminencia aliis annun-  
tianturi, Jer. 4. 8. Joel. I. 5.  
13. Mich. I. 8. Zach. II. 2.  
nisi forte posteriorem hunc  
locum ante oculos habuerit  
Jacobus. Ex eodem hoc  
propheticus sermone ratio quo-  
que repetenda est, quod Ja-  
cobus tempora perfecta pro  
futuris toto hoc loco adhi-  
beat, nimirum quia prophe-  
ta, quae futura adhuc sunt,  
tanta certitudine praevidet  
euentura, ac si vere jam eue-  
nerint, cuius rei indicium est,  
quod v. 3. futuro tempore di-  
cit εἰς μαρτυριον εσαι. ἐπι,  
h. l. propter. Matth. 26, 50.  
vt nos über pro wegen. ἐπι-  
ταις ταρακτωρικis ἐπερχομε-  
νικis, sc. ὑμῶν. Grotius, Mil-  
lius, Bensonus, Michaëlis,  
alii has calamitates praecipue  
propter verba εως της παρου-  
σιας τῆς κυριας v. 7. ad immi-  
nens Hierosolymorum exci-  
dium. Calouius vero, et qui  
eum sequuntur, ad extremum  
iudicium referunt, nisi forte  
de utroque cogitandum fue-  
rit; nam vt prophetae Hiero-

solymorum excidium et ad-  
uentum Christi ad iudicium de  
hominibus habendum quam-  
vis tempore inuicem sejun-  
ctissima, propter similitudi-  
nem tamen, quae inter vtrum-  
que intercedit, tanquam vno  
afflatu diuino mente percepta  
eloqui et ita inuicem jungere  
solent, ac si euentu quoque  
sefe exceptura essent; sic  
etiam apostoli iudicii extremi  
notiones ex prophetis hau-  
rientes, vtrumque satis ac-  
curate discernere non solitos  
fuisse S. V. Koppe exc. I.  
in epp. ad Theff. erudite de-  
monstravit. Si ita statueris,  
difficultas quoque euanescit,  
Judaeo - Christianos, extra  
Palaeistinam degentes, com-  
muni tamen totius gentis ca-  
lamitati exemptos fuisse, nam  
quamuis omnino huic cala-  
mitati, non item vero iudicio  
cum calamitate illa conjuncto,  
exempti erant.

2. πλοῦτος interpretēs, ver-  
bo σηπειν inhaerentes, fri-  
ctiori sensu de diuitiis fru-  
menti, vini, olei, aliarum-  
que rerum putredini (τω ση-  
πειν) obnoxiarum intelligere  
solent. Sed vtrumque πλο-  
τος et σηπειν latiori sensu  
sumi potest, et hoc quidem  
φθειροσδαι omnino. Nam vt  
aurum atque argentum mox  
κατιροσδαι, (quod proprie non  
K 4 ad

3 βρώτα γέγονεν ὁ χρυσοῦς ὑμῶν καὶ ὁ ἀργυροῦς  
κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῶν ἔσται,  
καὶ

ad aurum pertinet) supra vero opes vniuersae μαρτυροῦνται dicuntur, sic quoque h. l. commune vocabulum σηπειν ad omne diuitiarum genus referri potest. Sic quoque σαπηνοῦ apud Theophrastum de materia lignea, et de panni scabie apud Dioscoridem adhibetur. cf. Steph. Thef. gr. ling. sub v. σηπω, nec non et Sirac. 14, 19. Job. 40, 7. hoc verbum latiori sensu sumitur. σηπειν ceterum h. l. sensu passiuo sumendum est pro putrefieri, vt in Glossario σηπω puteo, tabeo. τα ἱματια ὑμων. In vestium apparatu omnem vitae necessitatem saepe excedenti haud minimam diuitiarum partem veteres posuisse, videre licet ex Gen. 35, 2. 41, 14. Jos. 7, 21. Jud. 14, 12. 13. 2 Sam. 12, 20. Jes. 3, 22. Zach. 3, 14. Horatius de Lucullo:

— Chlamydes Lucullus, vt ajunt,

Siposset, centum scenae praebere rogatus,

Qui possum tot? ait: tamen et quaerant, et quot habebo Mittam. Post paullo scribit, sibi millia quinque

Esse domi chlamydam: partem vel tolleret omnes.

Sic et Cicero, obseruante Mi-

chaële, parad 3, 3. hominem prodigum, sexcenta quotannis festertia dissipantem, describit. tanquam signa, tabulas, supellestem et vestem infinite concupiscentem. Adde Il. ζ. 100 et 282 199. σητοβρώτα, a tineis adesa Hes. ὑπο σιωλημος βεβρωμενα. Obserua ὁ — σεσηπε, et καὶ — γεγονεν, parallelismo sese excipere. cf. cum h. l. Job. 13, 28. Jes. 51, 8. Matth. 6, 19. Luc. 12, 33.

3. Amplificatur sententia commatis 2. ὁ χρυσοῦς καὶ ὁ ἀργυροῦς, intellige de vasis aliisque rebus ex auro atque argento confectis. κατίωται et, quod statim sequitur, ἰος h. l. difficultatem mouet, quia ex ipsa veterum sententia aurum aeruginem non admittit. Hierocles in aur. cam. Pyth. ὁ χρυσοῦς μονος των αλλων ἰον ου ποιων. Theognis 451. de auro τε χροῖσις καθυπερβα μελας εχ' ἀπτεται ἰος, εἰδ' ευρωσ, αἰει δ' ανθος εχει καθαρον. cf. Plin. h. n. l. 33. c. 3. Sed cum de metallis omnino sermo esset, vel χρυσοῦς καὶ ἀργυριου latiori sensu de metallis quibusuis, vel, quod praefendum videtur, ἰος et κατισοδου de mutato auri

καὶ φαίνεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ ἐθισαυρίσατε

ἐν

auri colore ex flauo in viridem, qualis in nummis vasisque aureis diu manibus haud versatis, vel sub terra defossis, nimioque humori expositis, cerni solet, intelligenda sunt. cf. Baruch 6, 23. Job. 41, 17. Ez. 24, 11. Sir. 12, 9. Inprimis vero huc pertinet Strabonis locus a *Kyprio* ad h. l. allatus. l. 16. p. 1107. E lacu Sirbonide, aut potius mari mortuo, testatur fumosam emitti fuliginem, ὅφ' ἦς ΚΑΤΙΟΥΤΑΙ καὶ χάλκος, καὶ ΑΡΙΥΤΡΟΣ καὶ παν τὸ εἰληπνον, μέχρι καὶ ΧΡΥΣΟΥ. Explicat id *Diodorus Sic.* l. 2. c. 48. metalla vna cum auro narrans, ibidem ex halitu bituminis ἀποβαλλεῖν τὴν ιδιοτητα τῆς χρύματος. Auro et argento etiam 105 tribuitur in ep. Jeremiae v. 11. et 23. vbi v. 23. occurrit: ἐμμάσσειν τοῦ 105. ὁ 105 αὐτῶν, sc. τῆ χρύσε καὶ τῆ ἀργυρίε, εἰς μαρτυρίον, i. q. εἰς ἐλεγχον. hebr. הַכִּיחַ. ὑμῶν ἔσαι, pro κατ' ὑμῶν ἔσαι, sc. ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. Sic hebr. 3 valet κατὰ Deuter. 31, 26. Mich. 1, 2. et datus Marc. 6, 11. coll. Luc. 9, 5. add. Matth. 23, 31. Sensus est: fragilitas harum diuitiarum accusationi contrarios materiam suppeditabit, eo nimium, quod, quantumuis fuerint fragiles atque cadu-

cae, insano tamen studio eas appetiueritis, Deo ipso posthabito. καὶ φαίνεται τὰς σάρκας ὑμῶν, (pro ὑμῶν.) Elegans verbis subest orationis figura. Aerugo describitur, quasi invadat membra diuitum, eaque quasi, vt metallum, arrodatur atque consumatur, et quidem, (vt doloris crudelitatem ex aerugine corpus arrodente oriundam addita noua imagine depingeret.) ὡς πῦρ, tanquam flamma membra quasi circumlabens, carnemque lento dolore depascens. Digna quae cum loco nostro conferantur prophetarum effata *Jes.* 10, 16. 17. 30, 27. 30. 33, 11. *Jer.* 5, 14. *Ez.* 15, 7. *Amos.* 5, 6. Sic et *Homero* ignis dicitur consumere carnem humanam *Il. ψ.* 177. — 183. Videtur autem *Jacobus* inde in additam hanc ab igne repetitam incidisse imaginem, tum quia vitae futurae supplicia ad ignis reuocari solent similitudinem, tum quia ignis non minus ac aerugo dicitur φαγεῖν τι. Ab imagine autem vbi recesseris, sensus remanet hic: atrocissima ipsis olim contrahet supplicia, quod fragiles ejusmodi atque caducas omni vel, iniquissimo studio corraferint diuitias. ἐθισαυρίσατε, suppl. γὰρ, ratio enim subungi videtur, cur interiturae sint

4 ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν  
τῶν ἀμνησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστειρημένος  
ἀφ' ὑμῶν, κρᾶζει· καὶ αἱ βοαὶ τῶν θεισαντῶν εἰς  
τὰ

opes ipforum. Praeterea vero alii *πυρ*, alii ex Rom. 2, 5. *οργην*, si non legendum, subintelligendum tamen esse existimant. vt sensus prodeat hic: *supplicia accumulastis in extremos dies.* (εν προ εις.) Sed vt ita legatur, auctoritates satis firmas defunt; vt vero ita suppleatur necessitate non vrgemur, cum *θεισαντῶν* etiam ex propria verbi significatione satis commodum sensum fundat. *Thesauros, verterim, accumulauistis.* εν *εσχάταις ἡμέραις*, non cum *Wolfo* acceperim pro *εις εσχάτας ἡμέρας*, sc. τῆ βίῃ, vt sit: *accumulauistis diuitias extremae vitae parti prouisuri*, vt diuites illi Luc. 12, 19. sed nexus cum antec. εν *ταλ. ερχ.* et sequent. *παρουσιατ. κ.* requirere videntur vt *εσχ. ἡμ.* de extremis imperii Iudaici adeoque et iudicii suppremi (vid. ad. v. I.) temporibus intelligantur, quibus, tempore atque vrbe devastatis, et opes Iudaeorum Romano militi praedae cederent, necesse erat. Similem loquendi rationem deprehendes apud *Virg. Aen. 2, 248. 249.*

Nos delubra Deum, miseri quibus *ultimus* esset

Ille *dies*, festa velamus fronde per urbem.

et v. 324.

Venit *summa dies* et ineluctabile tempus

Dardaniae.

Quoquo modo vero haec verba acceperis, semper ad voc. *εσχάταις* reuocanda est vis orationis. Verterim: *Es sind die letzten Tage, in welchen ihr euch Schätze häuisset.*

4. Jam pergit Iacobus gravissime indignari hominibus iis, qui ex detracta operariis mercede debita lucrum repetere, opesque augere non dubitabant. *εσχ.* hebr. *נהל* particula excitatiua, saepissime, vt et h. l. nonnisi periodos periodis jungit, adeoque non semper ad verbum reddenda est. *ὁ μισθός* — *κρᾶζει*, sc. *προς τον Θεον*, vt ex membro statim subsequenti apparet. Dicitio vero est poetica pro: *οἱ μισθοφοροὶ κρᾶζοσι*. Similes phrasas vid. Gen. 4, 10. 18, 20. Exod. 2, 23. 24. Job. 31, 38. *αμνησαντων*, i. q. paullo post *θεισαντων*, quo quidem vocabulo et *Hes.* verbum *αμην* reddidit. Labor autem inprimis molestus pro labore quovis h. l. positus est. *τας χω-*



τὰ ὅσα Κυρίου σαβαώθ εισελήλυθασιν. ἔτρου-5  
 φήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἴσπαταλίσατε ἑθρέψατε  
 τὰς

ρος pro τῶς ἀγρῶς. ἀπεσπρη-  
 μενος, detrahitus, sc. τοῖς ἐρ-  
 γασταῖς. κρᾶζει, et paullo  
 post αἱ βοῶν εὖ spectare vi-  
 dentur, quod homines ab aliis  
 offensi horrendo clamore ju-  
 dices adire solebant ultionem  
 postulaturi. cf. Chardin vo-  
 gages en Perse, Tom. 6. p.  
 294. (12.) Ses parens s'en  
 vont a la justice, avec des cris  
 horribles, et traitent apres  
 eux le plus grand monde,  
 qu'ils peuvent, pour emouvoir  
 d'avantage etc. εἰς τὰ ὅσα  
 εισελήλυθασιν, veterem esse  
 loquendi rationem, ab homi-  
 nibus ad Deum translataam,  
 vix est quod moneamus. cf.  
 Exod. 3, 7. 22, 23. Deuter.  
 24, 14. 15. Job. 34, 28. Pf.  
 9, 12. Sirac. 35, 17. 18. 19.  
 alibi. κυριος Σαβαωθ, est  
 hebr. צבאות litteris graecis ex-  
 pressum, et proprie significat:  
 dominus exercituum. Exer-  
 citius Dei vero poetice modo  
 angeli, modo astra omnisque  
 rerum natura dicitur. Vtro-  
 que sensu κ. Σ. summum ipsius  
 imperium, summamque pote-  
 statem indicat. Errant vero  
 qui Deum nonnisi in ejusmodi  
 locis hoc nomine venire con-  
 tendunt, in quibus bellum  
 quasi inferre dicitur impiis,  
 et vel ipsis prophetarum, apud  
 quos hoc vocabulum maxime

obuium est, locis refutantur.  
 Pf. 24, 10. 80, 4. 7. 14. 19.  
 84, 1. 3. 8. 12. Jes. 1, 24.  
 2, 12. 5, 24. 9, 7. 37, 16.  
 32. 44, 6. Jer. 7, 3. 21. 9,  
 7. 17. De interuersione mer-  
 cedis crimine in synopsi So-  
 har p. 100. n. 45. ita: Cum  
 pauper opus aliquod seruire  
 peragit in domo quadam, ha-  
 litus ab ore ipsius prodiens, sub  
 graui illo labore, ad noctem  
 usque sursum ascendit. Vae  
 igitur illi patri familias, qui  
 mercedem ejus retardat.

5. Castigato nimio diuitias  
 comparandi studio, jam hoc  
 verficulo abusum earum ad  
 vitam delicate viuendam ob-  
 jurgat. τρουφω et σπαταλω  
 plane non differunt. Vtrum-  
 que significat delicate, vel in  
 deliciis viuere. ἐπὶ τῆς γῆς,  
 extra quam nulla ipsis spe-  
 randa erat felicitas. τρουφω,  
 hoc nexu i. q. σιτεω vel σι-  
 τιζω, sagino: cum animalis-  
 bus enim saginatis caedique  
 destinatis Jacobus ejusmodi  
 homines per contemptum com-  
 parare videtur. τὰς καρδίας  
 ὑμῶν, ratio hebr. pro τὰ σω-  
 ματα ὑμῶν, vel omnino ἑαυτῶς.  
 Simillima est dictio hebr. וכו  
 בל cor fulcire. Gen. 18, 5.  
 Jud. 19, 5. 8. αἰς sc. θρημμα-  
 τα; vel σωματα θρημματων.

ἑτὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. κατε-  
δικά-

εν ἡμέρᾳ σφαγῆς, pro eis ἡμε-  
ραν σφαγῆς. in diem macla-  
tionis. Respicitur forsan Jer.  
12, 3. הקדש ליום הרגה. To-  
tus hic locus non minus ad  
describendos homines, otio  
et luxu diffluentis, quam ad  
annuntianda ipsis mala a sum-  
mo numine imminencia refe-  
rendus esse videtur. Sensus  
est: *Immodica vestra volu-  
ptas in perniciem desinet, ut  
sagina animalium in caedem.*  
Similis locus, obseruante  
*Loesnero*, est apud *Philonem*  
in *Flacc.* p. 990. C. ubi *Flaccus*  
de salute sua desperans, que-  
ritur: οὐκ ἔστι μοι καὶ ποτα, κα-  
ταπερ τοῖς θρεμμασιν ΕΠΙ  
ΣΦΑΓΗΝ, διδοται. Haec  
mihi quidem facilius, pro-  
priaeque verborum significa-  
tioni superstructa videtur ex-  
plicatio. *Grotius* vero, *Beza*,  
aliique ἡμερῶν σφαγῆς de die  
laetorum conuiuiorum post vi-  
ctimas σωτηρίας non modo  
apud *Judaeos* (*Prov.* 7, 14.  
15. 17, 1. *Jes.* 34, 6.) sed  
etiam apud alias gentes (*II.*  
*β.* 424. sqq.) celebrari solito-  
rum intelligentes, sensum  
verbis subesse putant hunc:  
*luxuria vestra quotidiana dies  
festos aequat.* Sed ἡμερῶν  
σφαγῆς nusquam de epuli sed  
semper de caedis die a *LXX.*  
adhiberi *Jer.* 12, 3. 25, 34.  
*Wolfius* annotauit. Nata  
praeterea videtur posterior

haec explicatio inde, quod  
interpretes, voci *en nimis in-  
haerentes*, assequi non pote-  
rant, quomodo in ipsa die  
maclationis cibo potuque se  
ingurgitare quis possit?

6. Jam rediens ad argu-  
mentum v. 4. tractatum, per-  
git in describenda crudelitate,  
qua homines, vt opibus ipsis  
inferiores, sic virtute longe  
superiores, augendarum di-  
uitiarum suarum causa, bonis  
spoliare conabantur. κατεδι-  
κατατε, εφονευστα του δικαιου,  
junxerim in sensum hunc:  
*litibus intendendis victu spo-  
liatis infontem, et ad mortem  
usque persequimini.* cf. *Sir.*  
34, 25. 26. ΦΟΝΕΥΩΝ  
τον πλησιον ὁ ἀφαιρεμενος ἐμ-  
βρωσι, καὶ ΕΚΧΕΩΝ ἌΙ-  
ΜΑ ὁ ἀποσβρων μισθον μισ-  
θου. Tempora praeterita pro  
praesentibus accipienda sunt,  
continua enim adhuc descri-  
bitur injuria. δικαιον, קדש,  
*infontem.* Sunt qui hoc prae-  
eunte *Grotio*, ad *Christum*  
referant, saepius hoc nomine  
insignem, *Act.* 3, 14. 7, 52.  
22, 14., ita vt caedes *Christi*  
olim patra *Judaeis* in me-  
moriā reuocetur; sed vix  
satis commode, cum *Judaei*  
magis *Hierosolymitani*, quam  
extra *Judaeam* dispersi, hu-  
jus sceleris rei essent. Idem  
suadet consolatio oppressorum

δικάσατε, ἐφρονέσατε τὸν δίκαιον οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν.

Μακροθυμήσατε οὖν, ἀδελφοί, ἕως τῆς παρουσίας

v. 7. sqq. subjuncta, unde apparet, non Christum, sed pauperes istos a diuitibus injuriam passos h. l. intelligendos esse. Denique et ἀντιτάσσεσθαι praeterito tempore ponendum fuisset, cum post Christum occisum triginta saltem jam anni elapsi essent. Magis aridet τὸν δίκαιον per enallagen satis crebram (Pl. 92, 12. Prov. 24, 16. Jes. 57, 1.) collectivae accipere pro τὰς δίκαιους, ita ut omnes omnino intelligantur Christiani a Judaeis oppressi. οὐκ ἀντιτάσσεσθαι ὑμῖν. Bentley legi mauult κυριος α. v. tum quia haec phrasis ex Prov. 3, 34. repetita saepius, ut 1 Petr. 5, 5. et apud ipsum Jacobum 4, 6. obuia fit, tum quia librarius parum curiosus ΟΥΚ pro ΟΚΣ, compendio vocularum ὁ κυριος, facile arripere potuisset, tum denique quia apte sic cohaerent v. 6. et 7; sed lectio illa audacior, quamvis acute excogitata sit, nullius, neque codicis, neque patris auctoritate suffulcitur. Bensonus eandem sentiens difficultatem, subintellecta voce ὁ κυριος, verba α. v. interrogatiue sumit sensu eo: num putatis unquam accidere posse,

ut Dominus nefandum vestrum impune sinat abire flagitium? nonne Dominus resistit vobis? omnino resistit! Sed praeterea quod, admitta interrogatione, futurum tempus requiritur, voces κυριος et θεος plane non occurrunt in superioribus commatibus, adeoque vix suppleri hic possunt. Nos quidem ὁ α. v. pro ὁ ἀντιτάσσομενον ὁ. positum, siue, ut ante φρονέσατε particula καί, sic quoque hic vel ante οὐν pronomen vel. ὅς ad vim orationis augendam per hebraismum seu arabismum omissum, ut Act. 10, 3. vel post ε vocabulum γὰρ supplendum, ἀντιτάσσεσθαι vero pro ε δυνατῶν ἀντιτάσσεσθαι ὑμῖν accipiendum esse arbitramur, ut sententia prodeat haec: litibus intendendis ad mortem usque persequimini insontem, qui quidem resistere vobis nequit. Comma 7 tamen recte cohaeret cum v. 6, dummodo οὐν v. 7. non ad v. 6. sed ad totum argumentum prioris partis hujus capituli referatur.

7 — II. A diuitibus Jacobus jam reuocat sermonem ad Christianos ab iis oppressos,

ουσίας τοῦ Κυρίου ἰδοῦ, ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν  
τίμιον

## VARIAE LECTIONES.

7. ἕτερον omittunt 9. *Sept. Aeth. Vulg. harl. prob. Millio, prol. 1208.*  
*καρπον Syr. p. in marg. Corb. Antioch. και τον 31.* Omiffio illa, et  
vtraque haec lectio, librario videntur deberi, quid ἕτερον πρ. κ. εψ. sibi  
velit, ignoranti.

fos, eosque, vt patienter fe-  
rant injuriam sibi illatam,  
quia aduentus I. C. appro-  
pinquet, cum agricolae, plu-  
viam patienter exspectantis,  
tum prophetarum exemplo  
propolito, hortatur. *μακρο-*  
*θυμειν, proprie iram differre,*  
hebr. *הן הןא,* deinde vero  
omnino leni animo esse, et  
quidem h. l. in injuriis di-  
vitem patienter sustinendis.  
*αδελφοι* h. l. opponuntur di-  
vitibus, hoc cognomine in-  
dignis. *εως της παρουσιας*  
*του κυριου.* adesse vel adue-  
nire in hunc mundum dicitur  
Christus, tum quoad se  
vera mortali specie in terris  
conspiciendum praebuit, et  
inter mortales versatus est,  
2 Petr. 1, 16. 2 Tim. 1,  
10. tum ad poenas a Judaeis  
repetendas, templo, vrbe,  
atque regno ipsorum, de-  
structo, enersa, extincto,  
Matth. 24, 27, 10, 23. tum  
denique ad iudicium extre-  
mum de genere humano ha-  
bendum Matth. 25, 34. 2 Tim.  
4, 1. vid. egregium *Cell.*  
*Tychsenii* nostri de *παρουσια*  
Christi libellum. Hoc loco  
vero apte ad explicationem

nostram verborum *ταλαιπωρ.*  
v. 1. et *εσχ. ημ. v. 3.* de  
aduentu Christi tum ad pu-  
niendos Judaeos, tum ad ju-  
dicium de hominibus habend-  
um, cogitandum esse vide-  
tur, quia vtrumque ex apo-  
stolorum et Christianorum  
sententia arctissime cohaere-  
bat. vid. ad v. 1. *τα κυρια,*  
*χριστ.* *ωσ* vid. ad v. 4. *εκ-*  
*δεχεται* tertium, quod vo-  
cant, comparationis continet,  
nam ad solam in exspe-  
ctando patientiam eos hoc  
exemplo prouocare conatur.  
*μακροθυμειν,* hoc nexu i. q.  
*εκδεχεται,* sed addidisse vide-  
Jacobus voc. *μακροθυμειν,* quo  
magis hoc exemplum cum co-  
hortatione v. 1. in qua ver-  
bum *μακροθυμειν* occurrit,  
congruat, ad eandemque v. 3.  
eodem verbo reuocari possit.  
*επ' αυτω.* sc. *τω καρτω.* *εκδε-*  
*χεται - μακροθυμειν,* junctim  
acceperim pro *εκδεχεται συν*  
*μακροθυμειν.* ἕτερον *πρωιμον*  
*και οψιμον,* non, quae recen-  
tiorum quorundam sententia  
est, *pluuia quae sub ortum*  
*vel occasum solis cadit,* nam  
quid, quaeso, hoc sibi velit?  
sed *ἕτ.* *πρωιμος* est hebr. *רש*  
i.

τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῶ,  
 ἕως

f. גשם יורה, vel מורה, *pluuia*  
*jacientis, vel seminantis, i. e.*  
 quae sub finem Marchesuan,  
 f. Octobris coelo demissa fe-  
 men in terram iactum turge-  
 scere facit; *vet. σψιμος* vero  
 hebr. מטר מלקוח *pluuia col-*  
*lectionis f. messis,* quae mense  
 Nisan vel Abib, qui est Mar-  
 tius, cadens, messemque prae-  
 cedens, ipsas aristas plenas,  
 granaque turgida reddit. Ab  
 his quidem pluuiis omnis in  
 Palaestina atque Aegypto pen-  
 det terrae fertilitas, messisque  
 vbertas, et saepius vtriusque  
 pluuiiae in l. codice mentio  
 fit. Deuter. 11, 23, 28, 12.  
 Job. 29, 13. Prov. 16, 15.  
 Jer. 3, 3, 5, 25. Hof. 6, 3.  
 Joël. 2, 23. Zach. 10, 1.  
 Noli vero mirari *autumnalem*  
 pluuiam hic *πρωιμον*, *vernā*  
 vero *σψιμον*, nec potius versa  
 vice vocari, nam Iudaeis a  
 mense Octobris annum inci-  
 pientibus, autumnus vere  
 prior erat. Vtramque plu-  
 uiam Graeci dicunt *ωριον ομ-*  
*βρον, Hesiod. εργ. v. 410. et*  
*καιριος υετος. Philo de praem.*  
*et poen. p. 926. A. τῶς τας*  
*ἐροπρεπεις εντολας φυλαττων*  
*ὁ ερανος ομβροσει ΚΑΙΡΙ-*  
*ΟΥΣ ἸΕΤΟΥΣ. Congruunt*  
 cum his a me dictis  
 quae Viri Doctissimi mihi  
 amicissimi J. G. Buhle et G.  
 F. Walchius, in calendariis  
 ipsorum Palaestinae oeconomi-

*cis nuperrime editis de tem-*  
*pestate mensibus Martii Apri-*  
*lis atque Octobris ex itinera-*  
*riis collecta obseruauerunt.*  
*Millius vero, Michaëlis, alii,*  
 omisso vocabulo *υετον*, verba  
*πρωιμ. u. σψ.* ad καρπον refe-  
 renda esse statuunt, quia fru-  
 ctuum, non imbris, paulo  
 ante mentio facta sit. Sed  
 quamuis nexus, versionesque  
 antiquissimae hunc suadeant  
 sensum, codicum tamen non  
 aequant consensum, qui ad  
 vnum omnes vulgarem tnen-  
 tur lectionem (vid. var. lect.)  
 nec video cur ab hac, nulla  
 necessitate urgente, receden-  
 dum sit, cum sensus prodeat  
 idem, nam siue imbres illos,  
 siue ipsos fructus expectet  
 agricola, nil refert, cum de-  
 missis imbribus istis de largo  
 etiam fructuum prouentu de-  
 sperandum non amplius erat.  
 cf. cum l. n. *Horat. 2 ep.*  
 I. 139.

*Agricolae prisci, fortes par-*  
*voque beati,*  
*Condita post frumenta, le-*  
*uantes tempore festo*  
*Corpus et ipsum animum spe*  
*finis dura ferentem,*  
*Cum sociis operum, et pue-*  
*ris et conjuge fida,*  
*Tellurem porco, Syluanum*  
*lacte piabant,*  
*Floribus et vino Genium, me-*  
*morem breuis aeni.*  
 et Tibull 2, 7. 3.

Spes

ὅπως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρῶϊμον, καὶ ὄψιμον μακροθυμήσατε καὶ ὑμεῖς, στηρίζατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἤγγικε. Μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων, ἀδελφοί, ἵνα μὴ κριθῆτε ἰδοῦ,

## VARIAE LECTIONES.

9. κριθῆτε (loco κατακριθῆτε) tuentur A. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 30. 31. 32. 35. 36. 37. 38. 40. 43. 45. 46. 47. Syr. Copt. Aeth. Vulg. Corb. Euthal. κατακριθῆτε sine dubio ex glossa oriundum.

*Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis*

*Semina, quae magno foenore reddat ager.*

Menander ap. Stob. ὁ τῶν γεωργῶν ἡδονὴν εἰχει βίος ταις ἐλπίτιν τ' ἀλγεῖνα παραμυθμενος.

8. 9. Jam exemplum agricolae ad Christianos transfertur. μακροθυμήσατε, suppleendum εν. μακροθ. vero eodem sensu vt v. 7. καὶ ὑμεῖς, sc. ὡς ὁ γεωργός. στηρίζατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ex hebr. ירית ערבבֵּה גַמְלוּ Pl. 31, 25. pro στηρ. ὑμᾶς. vid. ad v. 5. cf. 1 Petr. 5. 10. Verterim: *stillet eure Herzen mit Muth.* ὅτι, διότι. ἡ παρουσία τ. κ. pro ὁ καιρὸς τῆς παρουσίας τ. κ. De dictione ipsa vero vid. ad v. 7. ἤγγικε, pro praesenti ἐγγιζέει. vt Matth. 3, 2. 4, 17. 26, 45. Rom. 13, 12. 1 Petr. 4, 7.

9. μη στενάζετε, vel vt antec. pro consequente positum est, vt sit: *nolite grauius de fratribus conqueri, vel mala uis imprecari, vel quod mauult Carpxouius, στενάζειν h. l. uallet vociferari.* Sic enim στενάζειν et sonos de rugitu leonis et fremitu urfi adhibetur Job. 4, 10. Ies. 59, 11. cf. Aen. 7, 15.

— *gemitus iraque leonum.*

adde loca, quae Wetst. hic habet. Praefero tamen prius. κατ' ἀλλήλων, alter de altero, i. e. de iniuriis ab altero perpressis. κριθῆτε pro κατακριθῆτε, sc. εν τῇ παρουσίᾳ τ. κ. vid. quae sequuntur. κριτής, χριστός. ἰδὲ ὀκριτής, pro ὁ κριτής γαρ. pro τῶν θυρῶν ἐσημεν. i. q. ἐγγιζέει, ἐγγυς ἐσι, παρеси. Tota ratio non differt ab ea v. 8. ἡ παρουσία τῆς κυρίας ἤγγικε. cf. Marc. 13, 29. ἐγγυς ἐσιν ἐπὶ θυραῖς.

ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν θυρῶν ἔστηκεν. Ὑπόδειγμα **IO**  
 λάβετε, ἀδελφοί μου, τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς  
 μακροθυμίας, τοὺς προφῆτας, οἱ ἐλάλησαν τῷ  
 ὀνόματι Κυρίου. ἰδοὺ, μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένον-**II**  
 τας.

## VARIAE LECTIONES.

**II.** ὑπομεναντας (pro ὑπομενοντας) A. 1. 5. 7. 8. 9. 40. Vulg. Syr.  
 probb. Grotio Millio prol. 982.

Ibidem πολυδυσπλαγχνος pro πολυσπλαγχνος 1. 3. 25. 26. 32. 33.  
 37. 38. 40. 45. 47. Clem. 8. 39. Ephrem. T. I. p. 186. p. 129. Damasc.  
 φ. 2. Ed. Complut. Plantin. probb. Millio prol. 1108.

**IO.** Jam pergit Jacobus ad  
 patientiam excitare Christia-  
 nos prophetarum exemplo.  
 ὑποδειγμα, exemplum ad imi-  
 tandum propositum. Joh. 13.  
**15.** Nos *Myster.* κακοπαθεία,  
 calamitatum perpeffio. Glos-  
 far. vexatio, labor. De malis  
 vero, quae perpeffi sunt pro-  
 phetae vid. Hebr. 11, 35-38.  
 μακροθυμία, in aduersis sus-  
 tinendis constantia. Hebr. 6,  
 12. ἐλάλησαν, praesagie-  
 runt, vel omnino docuerunt.  
 τῷ ὀνόματι τῶ κυρίου, suppl. ἐν  
 τ. ο. τ. κ. vel Θεῷ. i. e. au-  
 thoritate diuina, vel loco Dei.  
 Matth. 7, 22. et LXX. Lev.  
 19, 12. Verborum οἱ — κυ-  
 ρίω sensus esse videtur hic:  
 qui, quamuis mandato diuino  
 docerent, tantas tamen subie-  
 runt atque sustinuerunt ae-  
 rumnas.

ferunt. ὑπομονή, i. q. μα-  
 κροθυμία v. IO. vid. ad 1, 2.  
 τὴν ὑπομονὴν ἠμεῖς αὐτοὶ, pro  
 περι τῆς ὑπομ. ἡμεῖς. ἠμεῖς αὐτοὶ  
 hoc nexu nil aliud significare  
 quam ex libris scriptis cogno-  
 scite, Kypkius atque Rapphe-  
 lius exemplorum multitudine  
 confirmauerunt. καὶ, ἀλλὰ  
 καὶ. το τέλος κυρίου, ἢ ἡ ἐξ-  
 ἴτη, actiue accipiendum,  
 pro: euentus s. exitus felix,  
 quem Deus pro benignitate  
 sua afflictis Jobi rebus con-  
 cessit. εἶδτε, non minus ac  
 ἠμεῖς αὐτοὶ, de re olim facta, et  
 nunc nonnisi ex scriptis hau-  
 rienda adhibetur. Hebr. 3, 19.  
 ὅτι, διότι. πολυσπλαγχνος est  
 ἀπαξ λεγόμενον, et i. q. ευ-  
 σπλαγχνος Eph. 4, 32. I Petr.  
 3, 8. et οἰκτιρῶων, misericordis;  
 τὰ σπλαγχνα (ἐμῶν), praec-  
 cordia) enim, ut animi omni-  
 no, sic misericordiae inprimis  
 sedes putabantur. κυρίου  
 h. l. nonnisi pronominis vicem  
 explet, quia idem voca-  
 bulum

**II.** μακαρίζειν, ἤνω, bea-  
 tum praedicare. ὑπομενοντας,  
 qui res aduersas aequo animo

τας τὴν ὑπομονὴν ἰωβ ἠκούσατε, καὶ τὸ τέλος Κυρίου εἶδετε, ὅτι πολὺσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος, καὶ οἰκτίρων.

12 Πρὸ πάντων δὲ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε,  
μήτε

## VARIÆ LECTIONES.

12. ὑπο κρίσιν A. 8. 25. Syr. Exp. Copt. Aeth. Vulg. Corb. it. 13. 27. 29. 36. alii, prob. Bengelio. εἰς κρίσιν. 43. ap. M. et B. εἰς ὑποκρίσιν 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. ex emend. 18. 19. 21. 22. 35. 38. 40. 43. 45. 46. 47. Anm. Ar. Antioc. 63. Oecum. Theophylact. Edd. plur. probb. plur. interpp. εἰς κρίσιν nobis quidem ex glossmate ad ὑπο κρίσιν, εἰς ὑποκρίσιν vero ex contractis ὑπο κρίσιν, retentoque εἰς, natum esse videtur.

bulum paulo ante jam adfuit. Sunt etiam, in quorum partes et Loesnerus pedibus ire videtur, qui τέλος κρίσις εἶδεν de morte Christi intelligent, necid quidem repugnante vsu loquendi, totiusque loci argumento, sed contra nexum cum iis quae proxime sequuntur; nam si de Christo sermo esset, sic procedere debuisset oratio: ὅτι μακροθυμὸς καὶ ὑπομονῶν ἐστὶ, nisi forte ita sensum constitueris: *audiuistis de morte Christi, est enim valde misericors, ita ut misericordia commotus mortem perpeffus sit atrocissimam*, sed haec h. l. praeter rem addita esse videri possint.

12. Plane noua paraenēsi Christianos hortatur Jacobus, ut a iuramentis quotidianis

per coelum, per terram, aliasue res, se continere velint. Vereor enim ne longius repetita videatur sententia interpretum eorum, qui, de connectendis hisce adhortationibus nimis solliciti, iuramenta illa, quibus Iudaei, iniurias passi, ad vltionem se obstringebant, apostoli animo obuersata fuisse, existimant. vid. nos ad init. v. 13. C. 4. Simillima loco n. est cohortatio Christi Matth. 5, 34. sqq. ad quam Jacobum etiam hic respexisse, satis probabile est, etfi comma ipsum pro ipsius montanae, quam vocant, concionis fragmento cum v. 13. C. 4. connectendo cum Ill. Michaelis (*Einleitung* p. 1585.) habere nolim; cum huic conjecturae ne vnus quidem codicis auctoritas faueat. προ πάντων



μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινα  
ὄρκον.

των δε, ante omnia vero, est transeuntis ad rem grauioris momenti tractandam. Nam vt abufui nominis diuini Iudaeis sanctissimi in quotidianis jurandi formulis occurreret, formularum aliarum per res creatas jurandi excogitata est multitudo, quibus, vbi obtestatione opus esse videretur, vti solebant Iudaei. cf. *Philonis* locus, mox a nobis afferendus. Sed tantum abfuit, vt hoc modo honori diuino prospiceretur, vt ei potius detraheretur. Nam, cum nomen Dei in hisce formulis omitteretur, factum est, vel, vt rebus illis creatis, coelo, terrae, capiti etc. per quas jurabant, diuinum tribuentes honorem idololatriae suspicionem vel culpam ipsam sibi contraherent; vel, quod saepius adhuc accidisse probabile est, vt eiusmodi jurandi formulae sanctitatis opinionem haberent fere nullam. adeoque quauis data occasione adhiberentur, perfidia vero in rebus eiusmodi jurejurando confirmatis religioni plane non duceretur. Quae cum ita essent, recte προ παντων a funesta hac ad juramenta procliuitate Christianos renocare studet *Jacobus*. δε, h. l. part. trans-eundi. ομνυστε τον ερανον —

την γην, pro κατὰ τον, ερα-

νον, — κατὰ την γην, nam graeca jurandi formula est ομνυειν κατὰ τι, vel κατὰ τι-νος, hebraica vero ομνυειν εν τιμι, שבש cum ב, qua Christus Matth. l. c. vtitur. cf. Rom. 9, 1. Apoc. 10, 6. Eph. 4, 17. Jes. 62, 8. Dan. 12, 7. Jer. 5, 7. Gen. 22, 16. *Areth.* in apoc. 10, 6. το δε εν τω ζωτι εις τας αιωνας δοκει μεν ανελλησον εινα, ομνυειν γαρ λεγεται κατὰ τιος, εκ εν τιμι. Jam vero vtrique formulae ομνυειν κατὰ τι vel εν τιμι duplex potissimum sensus subesse solet, vel hic: jurare aliquid tam certum esse, quam rem illam per quam juramus; vel ille: jurare nos ab ea re puniri velle, per quam juramus, si falsa loquuntur simus. Jam pro formularum ratione aliis aliis subest sensus. Vterque vero e. g. locum habet in formula שבש ביהרה, quod non solum reddi potest: jurare aliquid tam certum esse, quam *Jehovah* vnice verus sit *Deus*, sed etiam: jurare se a *Deo* puniri velle, nisi vera sint quae affirmet. In formulis autem nostris ομνυειν τον ερανον κατὰ την γην prior potissimum sensus obtinere videtur, vt sensus sit hic: jurare aliquid tam certum esse, quam coelum terraque sint opus diuinæ potentiae, ejusdemque tanquam

ὄρκον ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὐ, οὐ·  
ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε.

Κακο-

*templum.* Parum anxie tamen in sensum harum formularum inquirendum est, nam, cum eo consilio excogitatae essent, vt loco nominis diuini vsurparentur, ne ipsi quidem Iudaei cuiusque formulae sensum exploratum habuisse videntur. *μητε ἄλλου τινα ὄρκον, i. e. μητε κατ' ἄλλου τι πραγμα,* nam praeter coelum ac terram per alias etiam res jurare solebant Iudaei, vt ex ipsa Christi adhortatione Matth. 5, 34. sqq. et ex loco *Philonis* apparet, de spec. legg. p. 770. A. *προσλαβέτω τις εἰ βελοῖτο, μὴ μὲν τὸ ἀνωτάτο καὶ πρῶτον βυβατον εὐδους αἰτιον, ἄλλα ΓΗΝ, ἥλιον, ἀστέρα, ΟΥΡΑΝΟΝ, τὸν συμπαντα κόσμον.* Neque tamen verba haec adeo ad metaphysicam reuocanda sunt *ακριβειαν,* vt omne iurisjurandi genus, illudque adeo ipsum, quod in causis forensibus a iudice ad veritatem explorandam exigitur, in vitio ponendum esse videatur, nam totum hunc locum nonnisi ad iuramenta quae vulgo in quotidiano sermone audiebantur, spectare manifestum est. Ex eodem populari loquendi genere, est locus *Josephi* (de b. i. l. 2. c. 8. §. 7.) *Essenos jusjurandum omnino, quod*

ipso perjurio pejus habuissent, euitasse narrat, quos tamen, teste eodem *Josepho.* (ibidem §. 8.) horrendo sacramento religioni adstrictos fuisse constat. Ceterum hae per res creatas jurandi formulae nec ethnicis incognitae fuerunt. *Virg. Aen. 12, 176. Ego nunc sol testis, et haec mihi terra vocanti.* v. 197. *Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera, juro.* 9. 429. *coelum hoc et conscia sidera testor,* 6, 351. *maria aspera juro.* 458. *per sidera juro.* 9, 300. *per caput hoc juro.* cf. apud eundem poetam 2, 154. 155. 3, 599. 600. 4, 519. 520. *Orpheus. κρανον ορκίζω σε θεα μεγάλα σοφον εργον.* *Apoll. Rhod. 699. ἄλλ' ὁμοσον γαίαντε καὶ κρανον.* *Eurip. Med. 746. ὁμνυ πέδον γῆς, πατέρα δὲ ἥλιον.* et quoties in *Aristophanis* *Plut.* *μη τον κρανον occurrit?* ἤτω — ου, in rebus affirmandis nonnisi vocula *ναί,* in negandis vero ου *adhibenda vobis est, haud superadditis jurandi formulis.* Paronomasiae causa haec ita expressa sunt. cf. Matth. 5, 37. *ὑπο κρίσιν, προειρηκατακρισιν. ἵνα — πέσητε, i. q. ἵνα μὴ κατακριθῆτε, ne incurratis in poenas diuinas.* *Verterim: damit ihr nicht straf-*

Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω· ἐνθυμῆ 13  
 τὶς, ψαλλέτω. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσκαλε- 14  
 σάσθω

straffällig werdet. Sic πιπτειν ὑπ' occurrit Pl. 18. 39. 2 Sam. 22. 39. Orig. c. Marc. p. 50. ὅτε εφαγεν ἀπο τῆ ξύλης, ἔπαρηγγειλε μὴ φαγεῖν, ὙΠΕΙΠΗΣΕ ΚΑΤΑΚΡΙΣΕΙ καὶ καταδικῆ καὶ ἀπωλεῖ, cf. cum toto h. l. Exod. 20, 7. vbi juramento temerario poenae proponuntur. Quod si vero legeris εἰς ὑποκρισιν (vid. var. lect.) sensus est: ne crebro jurantes simulationis vel dissimulationis suspicionem excitetis.

13 - 18. His commatibus, a praecedentibus iterum plane sejungendis, aegrotis quid agendum sit, praecipitur. κακοπαθεῖ, pro ἐκν κακοπαθη. Nos simili modo: ist jemand krank, pro: wenn jemand krank ist. κακοπαθεῖν vero ex nexu ratione i. q. ασθενεῖν, aegrotare v. 14. προσευχάσθω, diuinum imploret auxilium. εὐθυμει, iterum pro ἐκν εὐθυμη. εὐθυμειν vero, vi oppositi κακοπαθεῖν, sanum esse. ψαλλέτω, proprie fidi-bus canat, deinde vero omnino: carminibus diuinam celebrat benignitatem, gratiasque Deo agat.

14. ασθενεῖ, accipe et h. l. pro ἐκν ασθ. i. e. si quis

vestrum aegrotus fuerit. Sic ασθενεῖν Matth. 10, 8. 25, 36. Marc. 6, 56. Luc. 4, 40. Phil. 2, 26. 27. respondet hebr. הלה. Discrimen vero inter ασθενεῖν et κακοπαθεῖν, ex quo illud ad corporis, hoc vero ad animi valetudinem refertur, prorsus nullum est. προσκαλεσάσθω, aduocari iubet. πρεσβυτεροι της εκκλησιας, alias επισκοποι, πρεσβυτεροι, ποιμενες, προϊταμενοι, dicti, (1 Tim. 3, 2. 5, 17. Eph. 4, 11. 1 Thess. 5, 12. Rom. 12, 8.) similes Archisynagogis Iudaeorum (ארכיסנאגוג), ii erant in singulis ecclesiis Christiani, quorum cura atque auctoritate, siue sit illa ex senectute, siue doctrina, siue aliunde oriunda, cuncta, quae tam ad institutionem, quam externam ecclesiarum disciplinam spectabant, ex apostolorum mandato dirigebantur, atque disponebantur. v. Vitringa de Synag. vet. L II. c. 11. p. 595. ff. Hos potissimum aduocari iubet, quia το χαρισμα ιματων (1 Cor. 12, 9.) cum iis communicatum erat. κα προσευχάσθωσαν, pro ἰνα προτεωξ. επ' αυτου, hebr. יהיה i. e. pro salute ejus. für ihn. αλειψαντες, pro καὶ αλειψατωσαν. ελαιω, συν ελαιω. Oleo-  
 L 3 rum

σάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσ-  
εὔξασθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, ἐν τῷ  
13 ὀνόματι τοῦ Κυρίου· καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν  
κάμ-

rum in regionibus istis, oleis nostris longe generosiorum, in morbis curandis vsus satis constat. Herodem e. c. teste *Josepho* de b. i. i. ult. medici morbo laborantem elaiw *Ἐρωῶ ἀναθαλάσσει* iusserunt. Nec non Proculus Christianus, obseruante *Grotio*, Severum imperatorem per oleum aliquando curauit. Testem habet Tertullianum ad Scapulam. Discipuli quoque Christi oleo effuso miraculosas patrarunt sanationes. Marc. 6, 13. Quid quod peregrini ampullam oleariam secum gestare solebant, ad vires reficiendas, vt ex parabola de Samaritano videre licet. Quo factum est, vt *Schoetgenius*, *Carpzovius*, ob naturalem hanc oleorum sanandi vim Jacobum h. l. oleorum vsum suasisse statuerint. Sed — vt taceam de eo, Jacobum disertis verbis non *unctioni* sed *solis precibus* (ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα,) et *Deo*, (καὶ ἐγερῆται αὐτὸν ὁ κυριος) hanc sanandi vim tribuere, sic enim vir quilibet pius sentire solet, — quomodo, arbitremur, Jacobum oleorum vsum in omnibus omnino morbis curandis commendaturum esse, quae ta-

men ad omnia morborum genera amolienda adhiberi posse, nemo facile contenderit. Quare unctionem hanc nonnisi *symbolicam*, et *forasan*, (nam certi quid hic constituere nullo modo ausim,) eodem sine in aegrotis miraculose sanandis a presbyteris adhibitam esse putauerim, quo Christus linguam muti tangebatur, oculis videndi facultate condonandis massam illinebat, et in aures surdorum, miraculose restituendorum, digitos immittebat; nimirum, vt sanationem non casu sed per eum, qui externa haec adhibebatur remedia, factam esse significaretur, certi autem euentus expectatio atque admiratio excitaretur. Vt vero haec omnia nonnisi signa, minime vero causae ipsae sanationis erant, sic quoque et h. l. non oleo, sed precibus, diuinaeque potentiae, sanandi vim tribuendam esse existima- verim. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου, jungendum cum ἀλείψαντες. Verterim: *unter Anrufung Gottes*.

15. καὶ, pro γαρ. εὐχὴ τῆς πίστεως, i. e. προσευχὴ πλήρης πίστεως, preces fide plenae, vel ex fiducia in benignitate

κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· καὶ ἁμαρτίας  
ἢ πεποιτικῶς, ἀφεθήσεται αὐτῷ. Ἐξομολογήσθε ἀλ- 16  
λήλοις

tate divina collocata profectae.  
σωσει, sanabit. Sic quoque  
σαζεσθαι Matth. 9, 21. 22.  
14, 30. Marc. 6. 56. κάμνον-  
τα, i. q. ἀσθενούντα. Exem-  
plorum copiam collegit *Westf.*  
καὶ ἐγερει αὐτον, hebr. עָרַף  
vel עָרַף Exod. 21, 21.  
Jer. 32, 14. coll. Rom.  
9, 17. Locutio inde petita,  
quod, qui graui morbo labo-  
rant, cubare solent. Marc.  
1, 31. Eodem sensu et La-  
tinis surgere dicuntur ii, qui  
sanitatem recuperant. Huc  
quoque spectat illud *Herodoti*  
l. i. p. 9. αὐτος ἐκ τῆς νόσος  
ANESTH. vid. *Raphelium*  
in annot. *Herodoteis* ad  
h. l. ἵαν — πεποιτικῶς, pro  
καὶ ἐν ἁμαρτικῶς πεποιτικῶς, i.  
e. si ob peccata grauiora in  
morbum inciderit. ἀφεθή-  
σεται αὐτῷ, condonabuntur  
ipsi peccata, idque, vt antece-  
dens pro consequente, a mor-  
bo liberabitur, nam ex pec-  
catis in se commissis omnis  
morbus proficisci credebatur.  
Matth. 9, 2. Joh. 5, 14. 1 Cor.  
11, 30. adeoque peccatis con-  
donatis morbus quoque ces-  
sabat. Hinc quoque factum  
est, vt Christus, aegrotum  
miraculose sanaturus, eum  
alloqueretur: remissa tibi sunt  
peccata tua. Pertinet huc  
quoque, quod *Hebraei* dicunt,

*Nedarim* fol. 41. 1. Nullus  
aegrotus a morbo sanatur,  
donec ipsi omnia peccata re-  
missa sint.

16. *Carpzovius* alique,  
voce ἀλλήλοις potissimum ad-  
ducti, vniuersalem eamque  
nouam plane hic cohortatio-  
nem incipere rati, sensum  
commatis constituunt hunc:  
si quis offendit alterum aut  
injuriam fecit, candidè fateat-  
tur, et se male fecisse doleat,  
ac veniam petat. Petentem  
recipiat alter in gratiam, et  
condonet offensam. Sed, quam-  
vis metaphoricam hanc signi-  
ficationem vocabulo ἰασθῶν ex  
hebr. נָשָׂר *Jes.* 6, 10. omnino  
interdum competere facile  
concesserim; hoc loco tamen,  
cum v. 15. de morbis sanan-  
dis sermo esset, proprio me-  
dendi sensu retinendum, to-  
tumque hoc comma cum v.  
15. arctissime iungendum esse  
videtur. Eadem iungendi ra-  
tio eo quoque adstruitur,  
quod *precum* in utroque com-  
mate mentio fit. Quae igitur  
vniuersè hic pronuntiata  
sunt, hoc fere modo ad ar-  
gumentum v. 15. reuocare  
ausim: ὑμεῖς ἀσθενεῖς ἐξο-  
μολογήσθε τοῖς πρεσβυτεροῖς  
τὰ παραπτώματῃ ὑμῶν, καὶ  
ὑμεῖς πρεσβυτεροὶ εὐχέσθε ὑπὲρ  
L 4 τῶν

λήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὐχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. πολὺ ἰσχύει δεησις δικαίου ενεργουμένη.

των ασθενοντων, ὅπως (ὅμοιος ασθενοντες) ἰαθῆτε. τα παρ-  
απτώματα, quorum causa morbi hominibus insligi putabantur. ἵνα ἰαθῆτε, ut a morbo restituantur. Quod si vero priorem sequaris rationem apte huc pertinet illud Arriani, Albertio et Wolfio citati, exped. Al. l. 7. c. 26. *Unicam peccati medicinam esse censio* ὁμολογεῖν τὸ ἀμαρ-  
τουτα, manifestumque poenitentiae documentum edere. Nam qui injuriam accepit, non ita graviter laesum se judicat, si iis, qui laesit, perperam se fecisse fateatur: et bona alicui spes fit, se non amplius injuria affectum iri, si eum, qui affecit, poenitentiam facti sui prae se ferre appareat. πολὺ. suppl. γαρ. δεησις, ᾤτις, viri probi, scelerisque puri, quales in primis presbyteri eligi solebant. δεησις ενεργουμένη, alii aliter explicant. Lutherus, quem sequitur Wolfius, reddit preces ardentes, sed, quamvis ενεργως sic adhiberi constet, (Eustath. in Od. δ. p. 197. 50. ὅτι ευχῆς ΕΝΕΡΓΩΤΟΣ ενδειξις τοῦ ὡς εἰπαὸς ὀλολυξε, θεος δὲ οἱ ἐκλυεν Ἀρηος.) exemplum tamen deficit, quo idem loquendi usus in voce ενεργ-

μενος firmari possit. *Beza* maunt preces efficaces, nisi tum verba ἰσχύει δεησις ενεργ. tautologia laborent. Cell. *Michailis* cum *Bensono* atque *Aronsmitho* vertit: preces agitante spiritu s. effusae. Sed, quamvis vocis ενεργωσιν et ενεργως in N. T. de Deo in hominum animos agitante, occurrant, vocem tamen ενεργουμενος hoc sensu recentiorum esse, obseruante *Carpzovio*, *Suicerus* jam vidit. Ne dicam, nil antecedere vel sequi, vnde haec sententia vilo modo adstrui possit. Ille ipse vero *Carpzovius* ex verbis *Paullinis* πισις τη αγαπη ενεργουμένη Gal. 5. 6. (quae reddit: fide, quae vim suam exserit amore et comitate,) cum loco nostro collatis, δεησιν ενεργουμενην hic accipit pro δεησει δια πισεως ενεργουμενη, i. e. pro precibus quae vim suam exserunt per fiduciam in Christum. Sed, si quid video, haec aliunde arrepta, cum vox πισεως hic plane deficit, loco nostro nullo modo inferri debent. Alii denique reddunt preces cum fide miraculosa conjunctae, quia inter ενεργηματα πνευματος ἁγιου occurrerent etiam τα χαρισματα των ἰαματων. I Cor. 12, 9. Sed haec ad vim vocis

γρομένη. Ἡλίας ἀνδρωπος ἦν ὁμοιοπαθῆς ἡμῖν, καὶ 17  
προσευχῇ προσνύξατο τοῦ μὴ βρέξαι, καὶ οὐκ ἔβρε-  
ξεν

cis ενεργημενος sic constituendam, plane non sufficiunt, totaque ratio paulo durior videri possit. Quidni potius, (quod etiam *Carpxovio*, praeter sententiam modo prolatam, non prorsus displicet,) πολυ ιχρει δεησις ενεργημενη ex graecitate accipiamus pro: πολυ ιχρει (δυναται) ενεργειν, vel πολυ ιχρει καὶ ενεργει δεησις etc. ita vt duo haec vocabula ad sententiae vim augendam accumulata videantur. Quae quidem explicatio ex meo sensu omnium est facillima, expeditissima.

17. 18. Vtrumque hoc comma cum v. 16. arctissime cohaeret, quippe, quanta fit vis δεησεως τε δυναει Eliae jam illustratur exemplo. ἀνδρωπος ὁμοιοπαθῆς ἡμῖν, i. e. ἀνδρωπος, ὃς ὅμοια παρχει συν ἡμῖν, (vel ὡς ἡμεῖς) homo qui eadem nobiscum habet παθηματα siue animi affectus, et omnino eandem animi indolem. Verbo: ἀνδρωπος ὁμοιος ἡμῖν, vel ὡς ἡμεῖς. Nos: *Elias war so gut ein Mensch als wir.* cf. Act. 14, 15. Sap. 7, 3. Quae quidem a Jacobo addita esse videntur, vt dubio occurratur: Eliam fuisse vatem prorsus singularem, nec adeo

mirum esse, tanta eum precando effecisse, quae tamen precibus hominum tot tantisque vitiiis obnoxiorum expectari non possint. προσευχη προσευξατο, ex pleonasmō hebraico ad vim sententiae augendam adhiberi solito, valet: ενεργως προσευξατο, intente, enixe oravit. I Sam. 26, 25. Pl. 118, 18. Thren. 1, 2. Luc. 22, 15. Magis graece Jacobus superiora his participio junxisset sic: Ἡλ. ἀνδρ. ὠν ὁμ. ἡμῖν προσευχη προσευξ, etc. τε μη βρεξαι, suppl. ἐνεκα τε μη βρ. i. e. ἵνα μη βρεχη. Precatum vero esse Eliam, si vel maxime nulla de ea re narratio exstaret, ex nota viri pietate colligere potuit Jacobus. Pro-vocant alii ad I Reg. 17, 1. coll. 18, 15. vbi verba רמא רבני יתנומ omnino quidem reddi possunt: quem ego precibus oravi, 2 Par. 20, 13. Jer. 18, 20. sed etiam univ-erse: cuius ego minister sum. 2 Reg. 3, 14. I Reg. 10, 8. ἐπι της γης, vel de terra omnino, vel de terra Palaestinenſi haud raro κατ' ἐξο-χην dici solita, intellexeris, nil prorsus refert. ενουρηξ εξ. Sic etiam Luc. 4, 25. Vt locus hic accurate conspiret cum I Reg. 18, 1. vbi  
Elias  
L 5

18 Ξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτοὺς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ. καὶ πάλιν προσεύξατο, καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε, καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

19 Ἀδελφοί, εἰάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῆ ἀπὸ τῆς ἀλη-

Elias tertio anno Ahabo occurrens pluuiam promississe fertur, *Bensonus* tertium annum non a pluuiâ cessante, sed a fuga Eliae Sareptam, I Reg. 17, 8. sqq., quantum verò nostrum ex denunciata a sancto vate regi poena idolatriae numerandum esse contendit. Quae quidem quamvis hic omnem dirimant difficultatem, haud satis firmo tamen niti videntur fundamento, ita vt ex aliis potius libris qui ad nostra vsque tempora non peruenerunt, vel aliunde haec Jacobo innotuisse putauerim.

18. καὶ, pro τότε, vel μετὰ ταῦτα. πάλιν προσεῦξ. Hoc satis recte, nam facies in sinum demissa orantem prodit prophetam. I Reg. 18, 42 καὶ — ἔδωκε, pro καὶ ἐβρέξεν ἐκ τῶν νεφελῶν. βλαστάνειν, proprie gramen vel arbor ipsa dicitur; Matth. 13, 26. Marc. 4, 27. Hebr. 9, 4. h. l. vero significatione, quam vocant in scholis, Hiphil, terra βλαστάνειν, i. e. fructus pullulantes proferre dicitur. καρπὸν, collectiue pro τὰς

καρπῶν. καρπ. αὐτῆς vero est: fructus alias proferre solita. Relege, si placet loca ea, quae *Elsnerus* atque *Wetsteinus* ad h. l. de imbribus inter Judaeos, Arabes, et paganos precum virtute elicitis congesserunt, quae tamen magis ad ipsum imbrem Eliae precibus cohibitem rursusque impetratum loco suo explicandum pertinere, quam huc transferenda videbantur.

19. 20. Jam versibus his ad argumentum commatum 15. 16. quodammodo redire videtur Iacobus, in quibus cum ad vitia inuicem confitenda prouocasset Christianos, jam nunc ad mutuam omnino in corrigendis alterius vitii operam collocandam eosdem hortatur v. 19. ipso animi tranquillitatis ex hominis ejusmodi, opera nostra emendati, felicitate percipiendae, praemio proposito. v. 20. ἀληθῆς αἰσθησις, religio vera. Adhibitorum vero vocabulorum πλανηθῆναι, (a recto tramite seduci, errare,) et επιστρέφειν, (proprie reuerti, deinde signifi-



ἀληθείας, καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν, γινώ-20  
σκέτω, ὅτι ὁ ἐπιστρέψας ἀμαρτωλὸν ἐκ πλά-

νης

ficatione transitiva, vt h. l. *facere vt quis reuertatur, reducere.* Luc. 1, 16. 17.) inde repetenda videtur ratio, quod, vt illa ipsa ἀληθεία cum *via recta*, improbitas veto cum *via erratica* (πλαν. ὁδ. v. 20.) alias comparari solet, ita quoque ab eadem aberrare dicuntur ii, qui *praecepta religionis negligunt*, contra vero *reducere ad eandem* ii qui *improbum emendare conantur*.

20. Comma hoc a v. 19. vix separari debuisset, cum propositionis v. 19. inchoatae contineret apodofin. γνωσκέτω, *persuasum habeat, derbedenke.* ἐν πλανῆς ὁδῶ. Siue πλαν. siue ὁδ. pro subiecto orationis habeas, sensus semper oritur idem, ac si scriptum esset ἐν ὁδῶ πλανητικῆς, vom Irrwege. i. e. a *scelestaej us viuendi ratione.* vid. ad v. 19. ψυχὴν sc. ἀνθρώπου, vel αὐτε, (quod etiam codd. quidam atque versiones addunt,) ex hebraismo satis noto (שׁוּן) pro ἀνθρώπων. Ez. 18, 4. 20. Act. 7, 14. Rom. 13, 1. I Petr. 3, 20. Ceterum phrasibus illa *σωζειν ψυχὴν* Matth. 10, 39. 16, 25. apud externos etiam scriptores obuia est. *Iys. orat. 5. p. 74.* Ἀνδοκίδης δὴ εχει τα μηνυτρα

παρ' ἡμῶν, ΣΩΣΑΣ τὴν αὐτῆς ΨΥΧΗΝ, ἕτερον δὲ ταυτα ἀποθανόντων. Eurip. Orest. v. 617. ἢν ΨΥΧΗΝ ἐμὴν ΣΩΣΗΣΙΣ. ἐκ θανάτου, alias ἐκ ἀπολείας. Vt enim *felicitas insignis iucundissimo vitae* (ζωῆς. εὐφρ.) nomine, sic quoque *atrocissima supplicia, summaque miseria mortis* (θάνατος. πῦρ.) imagine, homini de vita post mortem futura minus persuaso inprimis terribili, adumbrari solita est. Neque tamen multum repugnauerim, si quis apte ad argumentum v. 15. 16. de ipso homine morbo mortisque eripiendo cogitauerit, vt sensus prodeat hic: *si quis aegrotoseriae poenitentiae auctor fuerit, sanitatem, vitamque ei reddit.* πληθος ἀμαρτιῶν, pro πολλὰς ἀμαρτίας. Sic et Polybius dicit πληθος ἐλπίδων, et alio loco τραυματων πληθος. καὶ καλυψοι π. ὁ. verti forsan possint: *cauebit iste, ne plura peccata quasi in lucem prodeant, i. e. ne alter plura peccata committat*, quae tamen ratio, fateor ipse, cum loci contextu satis congrua illa quidem, omni tamen exemplorum destituitur auctoritate. Alii, in voce ἀμαρτιῶν subintelligentes ἐαυτοῦ ex hebr. פֶּסַח Pl. 32, 1. lo- cum

νης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου,  
καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. — —

cum sic reddunt: perficiet ut  
Deus, ob fratrem conuersum  
peccatorum suorum multitudi-  
nem quasi velamento obtegens,  
e conspectu tollat i. e. ipsi con-  
donet. Sed haec longius re-  
petita videntur. Malim equi-  
dem cum pluribus interpreti-  
bus, retenta eadem τὸ καλυ-  
πτειν significatione, in voce  
ἁμαρτιῶν mente suppleri χύτῃ,  
vel τὸ ἀδελφε αὐτῆ, vt sensus  
sit hic: occasionem ille dabit,  
vt ingens peccatorum ante ac-  
torum numerus alteri, nunc  
per eum emendato, remitta-

tur. cf. 1 Petr. 4, 8. Simi-  
lis sententia occurrit in *Tomā*  
fol. 87, I. quicumque multos  
ad iustitiam adducit, per ejus  
manus non perpetratur pec-  
catum.

Ceterum epistolam nostram  
vel a Jacobo non ad finem  
vsque perductam esse, vel po-  
steriorem ejus partem, salu-  
tationes saltem, vnicuique  
epistolae subjungi solitas, tem-  
poris aliarumue rerum inju-  
ria interiisse, vix est quod  
moneamus.

## EXCURSVS I.

*De sensu atque origine vocis επιστολη καθολικη sententiae tam veterum quam recentiorum interpretum recensentur atque dijudicantur.*

**E**pistolas Jacobi, Petri, Johannis et Judae cum in codicibus, tum in versione Arabica, tum in scriptis patrum antiquissimorum, tum denique in editionibus praestantissimis, Complutensi, Erasmi, Colinaei, Stephani et Bengelii, communi καθολικων επιστολων nomine venire, res est omnibus notissima; vndenam vero ortum sit hoc nomen, et quo sensu sic dictae sint epistolae illae, deficientibus satis certis historiae documentis, longe difficilius est diremtu. Quo factum est, vt sequiores tum patres, tum interpretes, causas hujus vocabuli hinc inde arriperent diuersissimas, ita vt — quis risum teneat? — ipse *septenarius* harum epistolarum numerus, cum idem sit *uniuersitatis* numerus, quibusdam hujus vocis originem atque sensum suppeditare visus sit. Nobis quidem praecipuas quasdam rationes pro sine nobis proposito hic enumerasse, atque examinasse sufficiat.

*Prima sententia est veterum quorundam Theologorum, Salmeronis \*) nimirum, Tirimi \*\*), Cornelii*

\*) Disput. 1. in ep. Jac. p. 2.

\*\*) Praefat. in epp. cathol. p. 492.

a *Lapide* \*), aliorum, qui septem illas epistolas eam ob causam *catholicas* appellatas esse contendunt, quia *catholicam*, i. e. *uniuersalem doctrinam contineant*, et ob *uniuersalibus quasi doctoribus*, h. ab *apostolis conscriptae sint*, quos *Deus in uniuersum mundum ablegauerit doctrinam Christianam annuntiaturos*. At vero eodem iure etiam epistolae Paullinae appellari debuissent *catholicae*, cum Paullus reliquis apostolis nulla in re fuerit inferior, (2 Cor. 2, 5.) epistolaeque Paullinae non minus uniuersalia dogmata contineant, quam epistolae catholicae vulgo sic dictae. Ne dicam, totum hoc argumentum saltem non pertinere ad epistolam Jacobi, si Jacobum, *Jesu fratrem*, pro auctore habueris. Haec igitur ratio prorsus videtur rejicienda, atque reprobanda.

*Alter*, priori longe praestantior, *Justiniani* \*\*) statuit, epistolas haec idcirco *καθολικαί* vocatas esse, *ut hoc ipso nomine ab epistolis Ignatii, Barnabae, Polycarpi, Areopagitae, in canonem librorum s. nunquam relatis, discernerentur*. Justo tamen audacior videri potest sententia haec, cum tantum abfuerit, ut epistolae, vulgo catholicae dictae, semper unanimi ecclesiae consensu probatae sint, ut potius longe plurimarum harum epistolarum auctoritas canonica diu in dubium vocata sit. Proxime vero ad hanc *Justiniani* assertionem accedit longe probabilior sententia S. V. NOESSELT \*\*\*),

qui

\*) Praefat. in ep. Jac.

\*\*) Praefat. in epp. canon.

\*\*\*) In coniecturis, ad historiam catholicae Jacobi epistolae, supra jam laudatis, prolata.

qui idem voc. *επ. καθολικη* pro epistola legitima, omniumque consensu probata accipiens, principio hoc nomen primae Petri et Johannis epistolae proprium fuisse contendit, quo distinguerentur a caeteris eorundem scriptorum epistolis, quae incertae fidei essent; post vero, cum didicissent, caeteras quoque eorundem apostolorum, itemque Jacobi et Judae epistolas veterum scriptorum usus tritas, plurimis etiam in ecclesiis publica lectione probatas esse, translatum esse ad vniuersas, quas discernere a Paulli epistolis vellent. Quam quidem sententiam satis acute excogitatum his fere argumentis V. S. V. exornare conatus est: 1) "Origenem, quamuis secundam et tertiam epistolam Johannis, quas tamen negat ab omnibus probatas esse \*), non ignorauerit, non negligere, nunquam in libris iis, qui graece supersint, primam diserte catholicae nomine ornare, \*\*). Sed cum in omnibus hisce locis *ipsis* prima epistola Johannis simpliciter *καθολικη* dicatur, epistolis *φερομεναις, νοθοις* etc. haud opposita; vix certo inde colligere ausim, Origenem voc. *καθολικος* pro legitimo accepisse. Videtur potius his locis prima epistola Johannis eam ob causam

*καθο-*

\*) Ap. Euseb. h. e. l. 6. c. 25. Καταλελοιπε (Ιωαννης) δε και επιστολην πανυ ολιγων τικων. εγω δε και δευτερην και τριτην' επει ε παρτες φασι γνησιους ειναι ταυτας.

\*\*) 'Οπερ παρατηρομεν και απο της Ιωαννης καθολικης, in Jerem. Hom. IX. T. I. p. 106. B. Huet. απο της Ιωαννης καθολικης επιστολης. Comm. in Matth. p. 476. E. ib. εν τη καθολικη επισολη Ιωαννης κ. τ. λ. Comm. in Joh. p. 22. C. εμωσ κατανοησεων και το εν τη καθολικη επισολη υπο Ιωαννης ειρημενον περι υμν Θεω, κ. τ. λ. Comm. in Joh. p. 299. E.

καθολικῆ ab Origene dicta esse, quia non certae cuidam ecclesiae, certisue quibusdam hominibus dicata sit, vi oppositi reliquarum epistolarum, quarum utraque singulis quibusdam Christianis destinata erat. 2) „Dionysium \*)  
 „ vnam hanc primam vel *epistolam* simpliciter appellare,  
 „ vel *catholicam* epistolam, non item caeteras duas, quas  
 „ *φερομενων* nomine ab illa discerneret. At in hoc  
 etiam loco valde ambiguum est, an *επισ. φερομενη τη*  
*καθολικη* opponatur? Sed si vel maxime opponatur,  
 ex ipsis his oppositis nil *certi* sequitur pro stabilienda  
 hac sententia; nam epistolae illae longe alio sensu *κα-*  
*θολικαι* dici possunt, adjuncta tamen, quia sub episto-  
 larum *catholicarum* nomine in librorum quoque *canoni-*  
*corum* catalogum relatae erant, *τς*: *legitimi* notione,  
 ita, ut ob adjunctam hanc notionem vox *καθολικος τω*  
*φερομενω* opponi possit. 3) Denique „ ipsius etiam  
 „ *Eusebii* aetate eandem vim verbo subjectam fuisse in  
 „ hoc genere comparationem docere, ab eo Petri inter  
 „ libros institutam. Nam affirmare eum, primam ejus  
 „ epistolam *ως αναμφιλεκτον* adhibitam esse in vete-  
 „ rum presbyterorum scriptis, sed alia quae Petri sub  
 „ nomi-

\*) Ου μὲν ῥαδιῶς ἀν συνδομῆν τῶτον εἶναι τὸν ἀποστόλον, τὸν υἱὸν Ζεβεδαιῶν, τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου, ἔ το εὐαγγέλιον, τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐπιγεγραμμένον, καὶ ἡ ἐπιστολὴ ΚΑΘΟΛΙΚΗ — ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς ἔδωκε τὸ ὄνομα αὐτῶ παρεγγραφεῖ, ὅδε κηρύσσει ἑαυτὸν, ὅτε διὰ τῶ εὐαγγελίῳ, ὅτε διὰ τῆς ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ. — εἶτα καὶ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ γράφει. — ὁ δὲ γὰρ εὐαγγελιστὴς ἔδε τῆς ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ἐπιστολῆς προεγράφεν ἑαυτὸς τὸ ὄνομα. — ἀλλ' ἔδε ἐν τῇ δευτέρῃ ΦΕΡΟΜΕΝῃ Ἰωάννης καὶ τρίτῃ, καὶ τοῖ βραχέλαις ἑσῆς ἐπιστολῆς ὁ Ἰωάννης ἐνομαστὶ προκρίται.

nomine ferrentur, το κηρυγμα videlicet et αποκα-  
 λυψιν Petri, in catholicis numerata non fuisse, quo-  
 rum nec testimoniis vel veteres vel suae aetatis eccle-  
 siastici homines fuerint vfi, \*) . Sed ex hoc loco nil  
 amplius effici potest, quam voc. καθολικός Eusebio hic  
 valere canonicius, legitimus, minime vero septem illas epi-  
 stolas eodem sensu καθολικας dictas esse, quippe ad quas  
 h. l. voc. καθολικός profus non refertur. Accedit,  
 voc. καθολικός ex aliquanto rariore significatione hic  
 pro γνησιος, όμολογουμενος etc. adhiberi; vnde dubitandi  
 locus relinquitur, an epistolas has, vulgo et ab omnibus  
 καθολικας dici solitas, ex significato hujus vocabuli tam  
 raro nomen hoc obtinuisse probabile videri possit.

Tertia sententia, eaque caeteris, vt mihi quidem  
 videtur, aliquanto probabilior superest hujusmodi; *catholice*  
*ear idcirco vocari epistolas has, quia non uni vel homini,*  
*vel ecclesiae, vel regioni, sed Christianis omnino per or-*  
*bem terrarum dispersis inscriptae sint, adeoque καθολικός*  
*idem*

\*) H. e. 3, 3. Πέτρος μὲν ἐν ἐπιστολῇ μιᾷ, ἡ λεγομένη αὐτῆ προτερα, ἀνωμολογῆται ταυτῆ δε καὶ οἱ παλαιοὶ πρεσβυτεροὶ ὡς ἈΝΑΜΦΙΔΕΚΤΩ, ἐν ταῖς σφῶν αὐτῶν κατακεχρησμένοι συγγραμμάσι. — το γε μὴν τῶν επικλημένων αὐτῆ πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγελίον, τὸ τε λεγόμενον αὐτῆ κηρυγμα, καὶ τὴν καλαμένην ἀποκάλυψιν, εἰς ὅλας ἐν ΚΑΘΟΛΙΚΟΙΣ ἔμεν παραδεδομένα. ὅτι μὴ τὸ αρχαιῶν, μὴ τὸ τῶν καθ' ἡμᾶς τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφεῶν ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρησάτο μαρτυρίαις.

*idem esse quod εγκυκλιος.* Congruit omnino cum propria hac voc. καθολικος significatione \*) epistolae Jacobi, utriusque Petri, primaeque Johannis inscriptio, atque argumentum; nec similis usus loquendi deest exemplum, siquidem epistolam illam plurimum apostolorum atque presbyterorum nomine scriptam Act. 15, 23. sqq. a patribus nonnullis καθολικην vocari memini; quidni igitur etiam septem has epistolas καθολικας dici posse arbitremur, quia pluribus ecclesiis destinatae erant? Hinc factum esse videtur, ut haec potissimum sententia interpretibus longe plurimis, ex antiquissimis Theodoro \*\*) atque Oecumenio \*\*\*), ex recentioribus vero Grotio, Wolfio, Wetstenio, aliis, prae caeteris probaretur. Duo tamen sunt, quae huic rationi obuerti possunt ac solent, alterum hoc: si septem illae epistolae ideo catholicae dictae sint, quia non uni ecclesiae destinatae fuerint, etiam epistolam ad Hebraeos non minus quam Jacobi epistolam Hebraeis inscriptam, similiterque priorem epistolam Pauli

ad

\*) Onomasticon vetus: *uniuersale, καθολικον.* Chrysostomus in Ps. 110. dicit: απο των καθολικων επι τα μερικα μεταχειρι τον λεγον. Et ανατασις olim euentura eodem sensu καθολικη dicitur.

\*\*) Καθολικαι λεγονται αυται, ονομι εΓΚΥΚΛΙΟΙ· ο γαρ κωφωρισμενωσ εστιν ενι, η πολει, ωσ δ θειοσ Παυλοσ, η Κωρινθιοισ, προσφωνει ταυτασ τασ επιτολασ δ των τοιςτων τσ Κυρισ μαθητων θρασ, αλλα καθολα τοισ πιτοισ, ητοι Ιουδαιοισ, τοισ εν τη διασπορα, ωσ Πετροσ, η και πασι τοισ υπο την αυτην πικην χριτιανοισ τελεισιν.

\*\*\*) In Cap. 1. Jac. p. 115. de epist. cathol. sic: καθολικαι λεγονται αυται, ονομι εΓΚΥΚΛΙΟΙ· ο γαρ κωφωρισμενωσ εστιν ενι, η πολει, αλλα καθολα τοισ πιτοισ.



ad Corinthios, quae non solum τη εκκλησια τε Θεω, τη εση εν Κορινθω, sed etiam πασι τοις επικαλεμνοις το ονομα τε Κυριε ημων I. X. εν παντι τοπω (1 Cor. 1, 2.) destinata sit, catholicis epistolis annumerari debere. Sed obiectio ab epistola ad Hebraeos repetita vix hoc loco admitti posse videtur, cum haec epistola omnino inscriptione atque salutatione, a Paulo profecta, careat, — nam titulum istum προς Εβραιωσ ferioris originis esse, omnes consentiunt interpretes. Ad priorem vero epistolam ad Corinthios quod attinet, nullo modo probabile est, Paullum tanta humanitate atque benignitate erga Christianos suos praeditum, voluisse, vt haec epistola in qua criminum tam foedorum Corinthios infimulat, cum pluribus ecclesiis communicaretur. Videntur potius Paulo, Corinthiis salutem dicenti, reliqui etiam Christiani per orbem terrarum vbique dispersi in mentem venisse, quibus hic vna cum Corinthiis salutem apprecari, minime vero integram epistolam destinare videtur. Ne dicam, vtramque epistolam, tum ad Hebr. tum priorem ad Corinthios, si vel maxime pluribus ecclesiis scriptae essent, επισολαισ καθολικαισ κατ' εξοχην sic dictis eam ob causam eximi posse, quia alii epistolarum classis, *Paulinis* nimirum, iam annumerari solitae erant. *Alterum*, quod huic explicandi rationi objici possit, illud est: hanc voc. καθολικος significationem conciliari non posse cum secunda et tertia Johannis epistola, quarum illa εκλεκτη κυρια, haec

autem insigni viro Cajo inscripta sit. Sed potuitne fieri, vt epistolae Jacobi, Petri, prima Johannis, eaque Judae prius jam *καθολικαι* dicerentur, quam secunda et tertia Johannis, quarum auctoritas canonica diu in dubium vocabatur, iis adderentur, additisque postea etiam his, voc. *επ. καθολ.* vsu jam tritum, vt sit, etiam in has transferretur? Quodsi vero hoc flatuere nolueris, cogites velim, et in hac re proverbio fidem factam esse, a *potiori fieri denominationem.*

*Quarta, eaque Paraei \*)* sententia, nemini, quantum equidem sciam, post eum probata, *voc. επισ. καθολ.* *inconsiderata potius consuetudine, quam ratione certa epistolis illis inditum esse, iusto audacior et in antiquitatem meliorem nonnihil injuria videtur.*

*Quintam* denique S. V. HERDERI \*\*) assertionem, *epistolas has καθολικας dictas esse hactenus, quod ecclesiis orientalibus, epistolae vero Paullinae cum Lucae et Marci euangelio occidentalibus destinatae fuerint, ob breuitatem, qua haec annotauit, me plane non assequi, ingenue fateor.* Virum Cell. vero — quae S. V. NOESSELTII \*\*\*) conjectura est — *καθολικος* memoriae lapsu pro *ανατολικος* arripuisse, vix crediderim.

EX.

\*) Comment. in ep. Jacobi. prol. 1. p. 3. 4.

\*\*) Briefe zweener Brüder Jesu in unserm Canon. p. 69.

\*\*\*) L. c. p. 5.

## EXCURSVS II.

*De vocabulorum πειραζειν, πειραν λαμβανειν et πειρασμος in N. T. significatione.*

Triplex potissimum horum vocabulorum in N. T. obtinere videtur significatio, hoc fere ordine disponenda:

*Prima*, eaque omnibus Graeciae scriptoribus communis, est *explorandi*, et *inuestigandi*, syn. verb. δοκιμαζειν, — quo quidem sensu Jesus Joh. 6, 6. dicitur πειραζειν Φιλιππον, et Christiani 2 Cor. 13, 5. εαυτες πειραζειν jubentur, — nec non *periculum alicujus rei faciendi*, syn. verb. πειρω, — quo pertinent Act. 16, 7. επιραζον κατα την Βιθυνιαν πορευεσθαι et Hebr. 11, 29. ης (sc. θαλασσης) πειραν λαβοντες οι Αιγυπτιοι. Cum ea arctissimo nexu conjuncta est.

*Alter*a significatio, in V. inprimis T. verbis hebraicis כנס, הסם, et יךב apta, eademque ex antiquiori quodam cogitandi loquendique vsu explicanda, quo quidem non *homines* solum benignitatem, omnipotentiam, longanimitatem, omniscientiam atque justitiam diuinam, siue conquerendo, siue dubitando, siue auxilii tempus atque rationem incondito murmure praescribendo, siue quouis alio modo *tentare* dicebantur; Exod. 17, 2. 7. Deuter. 33, 8. Ps. 78, 18. 95, 9. Mal. 3, 15. Hebr. 3, 8. 9. sed *Deus* etiam *tum* virtutis studium hominum omnino, *tum* praecipue patientiam, fidem, et in tuenda re qua-

dam constantiam, *vel* omniscientia sua Jer. 11, 20. 12, 3. 20. 12. Pf. 7, 10. 26, 2. *vel* beneficiis in homines conferendis, Exod. 16, 4. *vel*, quod magis adhuc ad locum Jac. 1, 2. illustrandum facit, calamitatibus ipsis immit- tendis *explorare* (ἡρεσ) putabatur. Genes. 22, 1 sqq. Deuter. 13, 8. Jud. 2, 22. Job. 23, 10. Pf. 66, 10. 81, 8. Jer. 9, 7. Inde tempore procedente, hominumque de Deo cogitandi ratione magis magisque expolita, vocabula *πειραζειν* et *πειρασμος* in N. T. quidem retinentur, sed pereunte, ut fit, omni *tentationis* (*Versuchung*) no- tione ad Deum hominesque transferuntur, ita ut *πειρα- ζειν*, ubi a scriptoribus N. T. de *hominibus* adhibetur, plerumque ex ipsa auctorum sacrorum mente nil am- plius sibi velit, quam *Deum peccatis omnino* Hebr. 3, 8. 9. *vel eo imprimis peccato offendere, de quo ex nexus ratione sermo est*, Act. 5, 9. 15, 10. 1 Cor. 10, 9. locis vero iis, in quibus ὁ Θεός dicitur *πειραζειν ανθρωπους*, et inpri- mis quidem per calamitates immittas, — qui solennior, et in N. T. fere vnicus est loquendi vsus, — nil aliud fit, quam *calamitates iis omnino immittere*, 1 Cor. 10, 13. Hebr. 2, 18. 4, 15. 11, 17. et *πειραζεσθαι* omnino *cala- mitates, inprimis religionis causa, perpeti*, Hebr. 11, 37. *πειρασμος* vero nil nisi *calamitates omnino*, Act. 20, 19. Gal. 4, 14. coll. 13. et praecipue iterum *religionis tuendae causa sustinendae*, Luc. 8, 13. 22, 28. 1 Petr. 1, 6. 2 Petr. 2, 19. i. q. *Θλιψις και διωγμος δια τον λογον*. Matth. 13, 21. coll. 2 Thess. 1, 4. Nostri: *Prüfungen, Religions- bedrü-*

*bedrückungen*, quo quidem sensu etiam Jac. 1, 2. 12. vocabulum *πειρασμος* accipiendum esse putauerim.

Jam vero quia haud raro tentanti alios tum ad male tum ad imprudenter agendum seducendi animus est, ac tentando per saepe fit, vt homines parum firma mentis animique virtute ad incaute praeque agendum sollicitentur, *tertia* denique inde vocabulis *πειραζειν* et *πειρασμος* oborta est significatio, qua alios vel ad peccandum, vel ad imprudenter et incaute agendum sollicitandi studium inuoluunt. Priori sensu 1) ὁ Διαβολος dicitur *πειραζειν Iesum Christum*, Matth. 4, 13. Marc. 1, 13. Luc. 4, 2. *hominesque Christianos omnino*, 1 Cor. 7, 5. 1 Theff. 3, 5. et *πειρασμοι* ipsi tribuuntur, Matth. 6, 13. Luc. 4, 13. 11, 4. vnde etiam nomen proprium ὁ *πειραζων* (pro ὁ *πειρασης*, ἡδωμη) ipsi obtigit. 1 Theff. 3, 5. Eodem sensu 2) *πειραζεσθαι* omnino dicitur quocunque modo, ex nexu orationis distinctius eruendo, ad peccandum, imprimisque ad deferendam religionem christianam sollicitari, et *πειρασμος* ad peccandum illecebrae. Huc ex nostra quidem sententia pertinent Matth. 26, 41. Marc. 14, 38. Luc. 22, 40. 46. Gal. 6, 1. et 1 Tim. 6, 9. quo quidem sensu, vt voc. *πειρασμος* etiam Jac. 1, 13. 14. seruetur, totius orationis nexus manifeste requirit. Posterior vero sensus obtinet locis imprimis iis, quibus *Judaci*, et *Pharisaei* imprimis, Christum *tentasse* commemorantur, Matth. 16, 1. 19, 3. 22, 18. 35. Marc. 8, 11. 10, 2. 12, 15. Luc. 11,

16. 20, 23. Joh. 8, 6. h. e. *ad imprudentiam in loquendo agendoque eum sollicitare atque seducere studuisse.*

Vt vero tentationibus interdum ad peccandum sollicitamur, sic etiam iisdem haud raro *probamur*, et *in recte agendo confirmamur*. Hinc *πειρασμος* 1 Petr. 4, 12. ex loquendi usu prorsus singulari *probationis* vim obtinet, ita ut *πρωσις προς πειρασμον γενομενη* i. sit q. *calamitates, probandae virtutis causa immissae*, (*Leiden zur Bewährung in der Tugend.*)

## EXCURSVS III.

*Variae interpretationes formularum κοσμος της αδικιας et τροχος της γενεσεως* Cap. 3, 6. *breuiter enarratae atque dijudicatae, nostraque sententia, in ipso contextu supra proposita, copiosius explicata.*

De nexu hujus loci cum proxime superioribus ante omnia tenendum est, Jacobum jam in eo esse, ut similitudinem, quae interest inter linguam ignisque scintillam, explicet hanc: *nisi recte lingua utaris, ut ignis scintilla, multorum malorum fons esse potest, atque origo.* Hanc ipsam vero ignis similitudinem vniuersa hac formula ad linguam transfert sic: *και η γλωσσα πυρ, ο κοσμος της αδικιας, et lingua igni similis est, κοσμος ille της αδικιας, in qua quidem formula explicanda mira est interpretum varietas.* Praecipuae quaedam rationes hae sunt:

1) *Syrus* vertit: *et lingua ignis est, et mundus peccati est, instar fluae*, (vid. *Tremellium*, *Millium*, *Schaafium*.) quasi legisset: *και ο κοσμος της αδικιας η υλη*. Eandem sententiam et

2) *Latina vetus* exprimit: *lingua ignis, quo mundus injustitiae inflammatur*, quae legisse videri possit: *και η γλωσσα πυρ τη κοσμος της αδικιας*. Neque tamen his auctoribus, qui obscurum hunc locum magis circumscriptis, quam ad verba reddidisse videntur, noua in locum intrudenda est lectio. Multo minus audacior

3) *CLERICI* admittenda videtur conjectura, qui verba *και η — αδικιας*, quae tamen in codicibus atque versionibus omnibus exprimuntur, pro scholio marginali habet, per errorem in textum illato: quanquam ceterum haec verba omnino glossae speciem prae se ferre diffitendum non est, cum a verbis *ουτως* etc. noua statim exempli sequatur applicatio, ita vt haec profus superflua videri possit.

4) *S. V. CARPZOVIVS* ita reddit, ac si scripsisset *Jacobus*: *και η γλωσσα πυρ, τον κοσμον τη αδικια αναπτει, et lingua ignis est, totum incendens mundum injustitia*. Sed, si quid sentio, durissime.

5) *Alii* potius, ad quorum sententiam et *S. V. STORRIUM* accedere video, *κοσμον* ex loquendi vsu maxime solenni de *ornamento* accipiendum esse putantes,

tes, vertunt: *lingua impietatis ornamentum*, seu *res quae impietatem exornabat atque defendebat*.

6) BENSONVS, — quem plures sequuntur interpretes, — *κοσμος* pro *ingenti rerum abundantia*, siue *complexu multarum rerum* accipit, quo quidem sensu, inquit, Angli etiam interdum adhibent *mundum diuitiarum*, *mundum mortis*, (*an universe of Death* apud Milton.) *mare miseriarum*, *oceanum voluptatum*, *diluuium improbitatis*. Sed quamuis haec ad sensum hujus loci illustrandum faciant, minime tamen ad *graecum* hunc usum loquendi confirmandum sufficiunt. Malim equidem comparari Prov. 17, 6. vbi Alexandrini voc. *κοσμος* eodem sensu adhibent. Verba haec sunt: *του πιστου ολος ο ΚΟΣΜΟΣ των χρηματων, του δε απιστου ουδε οβολος*, *fidelis tota multitudo rerum, infidelis vero neque obolus*. In quo quidem loco *multitudinis* significatio vocabuli *κοσμος* optime procedit, nisi forte *κοσμος των χρηματων* accipere malueris pro *κοσμος (mundus) συν πασι τοις χρημασι αυτου*. Alii ad firmandum hunc ipsum usum loquendi accersere solent locum 2 Petr. 2, 5. *κατακλυσμον κοσμου ασεβων επαξας*, nostro tamen sensu parum idoneum, cum ibi *κοσμος* de *hominibus impiis*, (vid. nos ad 1, 27.) intelligendum, additoque vocabulo *ασεβων* magis explicatum atque definitum videatur, quasi scripsisset Petrus sic: *κατακλυσμον κοσμου, τουτ' εστιν ασεβων, επαξας*. Ceterum nec *Hesychium* ab hac interpretatione



voc. *κοσμος* plane dissentientem habemus, quippe qui *κοσμος* vertit per *κατασκευη*: quanquam et hujus vocabuli significatio adeo late patet, vt iterum explicacione indigere videatur. Jam ex duabus hisce posterioribus *του κοσμου* significacionibus, *ornamenti* nimirum et *multitudinis*, vnice fere in h. l. admittendis, illa, si quid sentio, paulo durior, sed vsui loquendi accomodatissima, haec autem faciliior quidem, sed communi saltem, maximeque frequentato loquendi vsu parum confirmata videtur. Jam vtra sit praeferenda, vtra rejicienda, vnus-cujusque permittendum est sensui interno. Si posterio-rem admiseris, sensus prodit hic: *et lingua igni similis est, complexus ille plurimorum flagitiorum.* Forsan autem

7) *κοσμος*, eodem *Hesychio* auctore, pro concreto accipere possis, sensu hoc: *lingua, auctor ille et dux quasi omnium flagitiorum. (jene Verführerin zum Bösen.)* Sed judicent intelligentiores. Atque haec quidem de formula *κοσμος της αδικιας* sufficient.

Altera haec est: *τροχος της γενεσεως*, quem Jacobus, in eadem adhuc linguae cum ignis scintilla comparacione constitutus, *linguae abusu quasi inflammari* affirmat. *Τροχος*, *Hesychio* interprete, omnino i. e. q. *κυκλος*. Jam vero res *identidem et ordine quodam redeuntes* ad rotae vel circuli similitudinem reuocari solent; vnde plurimae hujus loci expli-

explicationes sponte prodeunt. Potiores hae esse videntur:

1) *Aethiops et Arabs vertunt rota naturae, nec male quidem per se, quia naturae etiam vicissitudines idemidem in rotae modum redire solent; sed quid linguae abusus ad totum naturae orbem inflammandum? Unde magis arridet*

2) *Syrus ita vertens: lingua accendit series generationum nostrarum, quae currunt ut rota, apte ad hebr. תהלת הלה, quem sequitur Wolfius in Curis. Pertinet huc illud Simpli. in Epict. p. 94. ὁ ἀπεραντος της ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΥΚΛΟΣ, δια ταυτα επαπειρον προιον, δια το την αλλου φθοραν αλλου γενεσιν ειναι. Eurip. ap. Plut. de Consol. p. 104. Β. ΚΥΚΛΟΣ γαρ αυτος καρπιμοις τε γης φυτοις, θνητων τε γενεα τοις μεν αυξεται βιος, των δε φθινει τε κακθεριζεται παλι. Musaeus ap. Clem. Al. Strom. l. 6.*

Ὡς δ' αὐτως καὶ φυλλὰ φεὶ ζειδωρος ἀρουρα,  
 Ἀλλὰ μὲν ἐν μελλισσῶν ἀποφθίνει, ἀλλὰ δὲ φεὶ.  
 Ὡς δὲ καὶ ἈΝΘΡΩΠΟΥ ΓΕΝΕΗ καὶ φυλλῶν  
 ΕΛΙΣΣΕΙ.

3) *Sed quidni, quae facilior adhuc videtur ratio, τροχον της γενεσεως ad singularem hominis vitam restringamus, quae, cum idem fere semper tum temporum, tum negotiorum in vita vniuscujusque hominis*

circu-

circulus reuocetur, jure τροχος dici potest. Huc pertinet illud *Anacreontis* Od. 4. v. 7. 8.

Τροχος ἄρματος γὰρ οἶα  
Βιοτος τρεχει κυλιτθεις.

nec dubito, quin Jacobus in h. l. conscribendo similem poëtae cujusdam locum ante oculos habuerit. Τροχος γενεσεως igitur, symbolica loquendi ratione remota, nil amplius esse viderur. quam ὁλος ὁ βιος, vt sensus oriatur hic: *mala ex linguae abusu oriunda per totam vitam nostram*, vel, si Syrum sequaris, *per plures generationes alias aliis successuras cernuntur*. Eodem haud dubie sensus redit, vbi cum

4) GROTIUS, MICHAËLE, CARPZOVIO, GRIFSBACHIO, aliis, loco τροχόν cum accentu in priori syllaba τρέχον legeris, i. e. τον δρομον της ζωης, s. ὁλην την ζωνη, totius vitae a prima origine usque ad mortem decursum. Ad quam quidem conjecturam confirmandam, aliqua saltem e loco *Philonis*, Quod prob. lib. p. 882. D. a *Loesnero* ad h. l. allato, repeti possit auctoritas: λεγεται προς Μακεδωνων τας Δαρδανιδας γυναικας αισχιστον κακον δουλειαν ὑπολαβουσας, οὐς εκουροτροφουν παιδας, εις το βαθυτατον του ποταμου ριπτειν επιφωνουσας, αλλ' ὑμεις γε ου δουλευσιτε, πριν δε αρξασθαι βιου βαρυδαιμονος ΤΡΟΧΕΩΝ, επιτεμοντες, ελευθεροι την αναγκαιαν και πανυστατην ὁδον περαιωσασθε.

5) BENSONVS “vita hominum, inquit, rotae comparatur, quae, cum nascimur, moueri incipit, citoque motu vsque ad mortis tempus voluitur. Quae quasi rota, vbi agitante lingua iusto plus festinat, ignem concipit, quo tota machina consumitur.” Pertinet huc quodammodo *Achmet* 160. *ει δε ιδη, οτι ηλαυνει εν τω διαφο, και οι τροχοι εφλογισθησαν εκ της ελασεως, ευρησει νοσον.* Sed praeterea, quod sensum huius comparationis non prorsus assequor, et hoc incommodi, obseruante CEL. MICHAËLE, haec habet interpretatio, quod eiusmodi quid rarissime accidit.

6) HEINSIVS *τρ. τ. γ.* pro *naturali volubilitate* accipit, respiciens illud *προσωπον της γενεσεως*, quod per *vultus naturalis* reddendum erat, vt sensus prodeat hic: *naturalem suam velocitatem et volubilitatem inflammat et praecipitat.* Sed, si iudicare licet, paulo durius, et contra omnem sententiarum nexum.

7) ΚΥΡΚΙΑΝΑ tamen huius loci explicatione nullam vidi duriozem, longiusque repetitam. Cogitat Vir ille, ceterum de interpretatione N. T. optime meritis, in voc. *τροχος* de *tortura rotae*, cui *illigabantur rei, vt in ea extensi ignibus succensis torrerentur*, quae quidem significatio allata locorum multitudine confirmatur, et apud *Ant. Gallonium* de martyr. cruciat. rotae eiusmodi figura cernitur p.68. Jam *τρ. τ. γ.* ait, significare *miserias vitae omnino*, et *φλογιζειν τον τροχον της γενεσεως*, *augere huius vitae cruciatus.*

Plures qui scire cupit formulae  $\tau\rho\omicron\chi. \tau. \gamma\epsilon\nu.$  interpretationes, eum ad *Heur. Heisenii* diss. 27. in Jacobum ablegatum volumus.

EXCURSVS IV.

*Vexatissimus ille locus Jac. 4, 5. 6. fusius explicatur, aliorumque interpretum rationes recensentur atque dijudicantur.*

Omnis in explicando hoc loco, quem e difficillimis esse, omnes omni tempore magno consensu declararunt interpretes, difficultas in hoc vno potissimum latere videtur, quod locus hic, solenni Veteris T. loca allegandi formula adductus, totidem verbis in sacro codice non reperitur. Vnde orta est tanta interpretatorum hujus loci varietas, tantaque farrago, ut, cum brevitatis tum perspicuitatis causa, eas, quae ex iisdem profectae sunt principiis, ad certas quasdam classes reuocasse, reuocatasque, qua fieri potest  $\alpha\kappa\rho\iota\beta\epsilon\iota\alpha$ , breuiter dijudicasse, Lectori mihi que sufficiat. Et sic quidem

PRIOR CLASSIS complectitur *varias interpretum de verborum προς φθονον — χαριν cum antecedentibus η δοκειτε — γραφη jungendi ratione sententias.* Duplicem, quantum equidem sciam, hic potissimum inierunt rationem :

1) *Alii, propter formulam η γραφη λεγει, verba προς φθονον — χαριν ex vetere quodam auctore repetita esse*

*esse* arbitrantur; ex quonam vero potissimum auctore depromta sint, iterum magno inuicem dissensu disputant.

a) Ex veteri quidem Testamento Grotius Gen. 6, 3, et 5. Wetstenius Sap. 6, 11. aliaque hujus capitis commata, Beza Gen. 8, 21. Coccejus Cant. 8, 6. Wulfius Num. 11, 29 alii Pl. 118, 20. Ez. 2, 25. alii denique alia loca Jacobum ante oculos habuisse, et, si non verba, sententiam saltem ex iis hausisse existimant. Sed quicquid hi omnes ad sententias suas exornandas atque commendandas congesserint, singulorum tamen horum locorum tam leuis est cum loco Jacobi, siue verba siue sententiam species, similitudo, ut, si ad haec loca Jacobum respexisse probabile videatur, parum absit, quin alium quemcumque S. S. locum in animo habere poterit. Quare, ne moremur Lectorem in examinandis refutandisque sententiis, quae praeter interpretum nomina nil amplius habent, quod eas commendet; loca haec merito Lectori, cui volupe fuerit, cum loco nostro comparanda, similitudinemque aequa lance examinandam relinquimus. Vnicus V. T. locus, ex quo non profus inepta ratione sententia Jacobi deduci possit, mihi semper visus est cum CEL. MICHAËLE Prov. 21, 10. Verba hebraica haec sunt: נפש רשע אורה רע, quae LXX ita reddiderunt: ψυχη ασεβους επιδυμει κακων. Jam verba hebraica רע אורה cupere ut aliis male sit, i. e. inuidere aliis, ad verbum επιδυμει, נפש רשע

ὧν vero ad verba τὸ πνεῦμα ὁ κατακρίσεν ἐν ἡμῖν refert, ita ut sensus utriusque loci redeat huc: *anima impia atque inuida feruidis flagrat desideriis.* Sed sensum hunc non sine durtie ex verbis hebraicis elici posse, quisque videt; verba graeca vero eum nullo modo admittere, infra paucis demonstrandi locus erit: ut taceam de leui ista similitudine inter verba Jacobi, et versionem LXXiuralem, quam alias pressius sequi solet Jacobus.

b) Ex nouo Testamento autem S. V. STORRIVM ad h. l. adducere video Gal. 5, 17. ἡ γὰρ σαρκὶς ἐπιθυμῶν κατὰ τὸ πνεύματος τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς ταῦτα δὲ ἀντικεῖται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ, εἰ ἀνδραγαθῆτε, ταῦτα ποιῆτε. coll. v. 19 — 21. Prouocat sententiae tuendae causa *primum* ad v. 4. in quo Jacobus alius quoque loci e N. T. desumpti memoriam modo reuocauerit. *Deinde*, si Jacobus, inquit, has litteras dedit ad eandem διασποράν, cui Petrus utramque epistolam misit, ipsamque probitatis cum fide necessariam conjunctionem propter impios magistros Pauli doctrina abutentes instar Jacobi demonstrare necessum habuit; tanto aptior primis Jacobi lectoribus, in quibus ipsi Galatae fuerunt, hujus epistolae laudatio habenda est. Sed utrumque argumentum parum probabile videri. supra a nobis declaratum vide, tum ad v. 4. tum in prolegomenis.

c) Sunt etiam, et inter hos *Justinianus, Wolfius,* et b. *Zachariae*, qui Jacobum non singularem quen-

dam scripturae locum, sed *plurium V. T. locorum argumentum hoc commate simul exprimere* contendunt, quod et Matth. 2, 23. Joh. 7, 38. 1 Cor. 14, 21. 34. Eph. 5, 14 fieri opinantur. *Primum* vero, quod jure jam poposcit *Bensonus*, illa ipsa dicta afferre et in medium promere debebant interpretes, cum nullus locorum supra allatorum ne quoad sententiam quidem cum nostro congruere videatur. *Deinde* vero huic interpretandi rationi etiam aduersatur formula ἡ γραφή λέγει, quae, quamuis teste *Surenhusio* \*) ab Hebraeorum doctoribus etiam tum adhibetur, ubi sensus locorum V. T. *plurium* omnino est declarandus, in N. T. tamen in afferendis *certis* quibusdam atque *determinatis* V. T. dictis vſitatissima est, nam illa ipsa loca superiora, quae sententiae hujus defensores huc afferunt, maximam partem ad certa quaedam prophetarum dicta commode referri possunt. *Denique* vero tum sententia, tum ipsa, quae expressa est, formula, adeo videtur singularis, et, si quid sentio, vniuersae cuidam e pluribus locis collectae sententiae  
adeo

\*) In βιβλῷ καταλλαγῆς p. 674. sqq. Hac vero, inquit, allegandi formula (אמר הכתוב vel אמר הכתוב i. e. λέγει ἡ γραφή, ἡ γραφή λέγουσα) veteres Hebraeorum doctores vti solebant, non tantum quando ipsa scripturarum s. verba, verum sensus eorum tantum allegatur, breuitatis gratia, vsque adeo, vt illi apophthegmata illa, quae s. scripturarum porismata sunt, quia fundamentum suum in iis habent, pro s. scripturis habuerint, quemadmodum ex multis exemplis in thesi nostra XXXVII adductis, manifestum est.



adeo dissimilis, ut vix, ac ne vix quidem Jacobum hoc comma ex pluribus simul locis conscripsisse, vel hausisse, persuadere mihi possim. Lubens in eam sententiam discederem, si e. g. ut Gal. 5, 17. omnino de pugna inter carnem et spiritum, siue de quauis alia doctrina generaliori, non vero de singulari ejusmodi re, qualis est πνευμα inter et ipsum του φθουου certamen, vel πνευματος ad φθουου procliuitas, ad quam alii hunc locum referri malunt, (vid. infra.) sermo hic esset. Sed sensu haec potius vniuscuiusque percipi, quam verbis explicari posse video.

d) Commemoranda adhuc restat haud improbabili V. Semleri ratio, qui totum hoc comma ex libro apocrypho desumptum esse existimat. Cui quidem sententiae, ne quid detraxisse videamur, jam ipsum audiamus loquentem: p. 172. "Tenendum est, inquit, hoc, excitari omnino γραφην, eamque his lectoribus, Judaeis graecis, fatis notam; scimus autem locum jam habuisse hoc primo seculo plures γραφας αποκριφες. Jam negare non licet, etiam Paullum non raro aliquas sententias attulisse ex talibus apocryphis, graecorum Judaeorum. — Certum est etiam Petrum in 2 epistola, et Judam afferre partem ex libro Henochi, de angelis. Eccui igitur mirum aut inusitatum videri potest, etiam Jacobum hic respicere ad librum apocryphum. Res itaque tantum eo redit, utrum proferre et mon-

N 2

„strare

„strare quasi possimus talem locum, qui satis com-  
 „mode conveniat cum hac epistolae parte. Atqui spe-  
 „ramus nos non infeliciter hac opera defungi posse.  
 „Illa pars — φθονος utique jungi debet cum γρασν  
 „λεγει, de invidia; describendae deterrimae invidiae  
 „causa. Jam sequitur illud, quod illa scriptura de in-  
 „vidia dicit: ille spiritus (invidiae) qui in vobis habi-  
 „bitat impetu perpetuo fertur. Jam adjicio ista ex  
 „testamento Simeonis num. 3. ὁ φθονος κυριευει πασης  
 „δianoias τε ανθρωπω, nec sinit eum edere, bi-  
 „bere, aut facere aliquid bonum; semper υποβαλ-  
 „λει, suggerit, ανελειν, occidere (nos v. 2. hoc  
 „verbum legimus φονευετε) illum, cui invidetur —  
 „cognovi ὅτι ἡ λυσισ τε φθονε δια φοβε θεε γι-  
 „νεται. Si quis ad dominum confugiat αποτρεχει το  
 „πονηρον πνευμα (sc. τε φθονε) απ' αυτε —  
 „(ergo in homine invidio habitavit hic spiritus). Sic  
 „paulo post num. 4. sic: — ογιτε, κα αποστι-  
 „σατε απ' υμων, το πνευμα τε φθονε, ὅτι αγριοι  
 „την ψυχην, κα φθειρει το σωμα, οργην κα πο-  
 „λεμον παρεχει τω διαβελω, atque num. 5. in Jo-  
 „sepho εκ ΕΝΩΙΚΗΣΕ (nostrum verbum) εδεν πο-  
 „νηρον „ p. 175. vero ex num. 4. ejusdem Testa-  
 „menti haec adhuc subjungit. “φυλαξατε εν απο-  
 „παντος ζηλε, κα πορευσαθε εν απλοτητι ψυ-  
 „χης, κα εν αγαθη καρδια, ινα ΔΩΗι κα υμιν  
 „Ο ΘΕΟΣ ΧΑΡΙΝ κα δοξαν κα ευλογιαν. Si-  
 mili-

„militer num. 5. καὶ εὐσεβεὺς εὐρισκόντες χάριν ἐνω-  
 „πιον θεῶν καὶ ἀδελφῶν.“ Jam hunc locum cum  
 nostro tum in eo consentire arbitratur Semlerus, quod  
 vierque locus πρὸς φθόνον i. e. ad describendam et vi-  
 turperandam invidiam scriptus sit, (nam verba ipsa  
 πρὸς φθόνον hoc sensu in Test. Sim. non occurrunt.)  
 tum in eo, quod in utroque πνεύματος φθόνος (vel  
 potius in Test. Sim. πνεύματος πόνος, quod ex  
 contextus ratione de πν. φθ. intelligendum est) men-  
 tio fiat, tum denique in eo, quod τὸ ποικρον qui-  
 dem ἐνοικεῖν ἐν τινί, ὁ Θεὸς vero δέχεται χάριν in  
 utroque loco dicitur. Acute sine dubio haec omnia  
 disputantur, sed, si quid iudico, similitudo inter  
 utrumque locum paullo longius repetita, et, si a  
 Semleriana interpretatione, de qua mox dicendi locus  
 erit, recesseris, prorsus nulla esse videtur. In votis  
 saltem habendum esset, ut, si quis locus hic profe-  
 ratur, nisi iisdem verbis prorsus eandem, similibus  
 tamen verbis similem, nec ampliorem ornatioremque  
 sententiam contineat.

2) Alii vero verba πρὸς — χάριν a Jacobo  
 ipso profecta, et vel inter allegandi formulam ἢ γράφει  
 λέγει, et locum ipsum v. 6. ex V. T. allatum, ne-  
 scio quo jure atque consilio, interjecta; vel, quae  
 Oederi atque Elsueri est sententia, ad explicandum hunc  
 locum praemissa esse arbitrantur, cujus rei indicium sit,

quod formula *διο λαγει* statim repetatur. Sed ad priorum quod attinet rationem, omnis oratio sic languere videtur, ne dicam N. T. scriptores locis allegandis sic praefari non solere. *Elsneri* vero ratio magis erudite excogitata, quam ad locum nostrum explicandum idonea videtur. Nam *ut* explicationis ejusmodi dicto adhuc allegando praemissae exempla in N. T. plane non exstant, *ita quoque* locus vix explicatione egebat, *imo vero* explicatio, ex meo quidem sensu, ipso V. T. loco obscurior est. (vid. infra.) Sed inesse tamen aliquid huic rationi, quo sese lectori commendet, eamque, si quid sentio, reliquis rationibus a nobis hucusque prolatis facile praefendam esse, disputandum non est. Sed his jam ita peractis ad

ALTERAM CLASSEM pergamus, quae *praecipuas tum veterum tum recentiorum interpretum de ipso verborum sensu explicando sententias* continet. Quarum tamen cum iterum tanta profert copia, e re lectorum esse visum est, singula separatim, eodemque, quantum fieri potest, ordine disponere, quo facilius interpretum sententias vno quasi obtutu circumspicere, inuicemque distinguere possint.

1) *Du Montius*, ut a veteribus ordiamur, qui verba haec a Jacobo profecta esse statuit,

a) *λαγει* jungit cum *προς φθονον*, ut sit *contra invidiam*:

b)

- b) πνευμα ὁ κατοικησεν εν ἡμιν de spiritu s. cum Christianis communicato intelligit,
- c) επιποθει vero reddit: bona excitat desideria, et in verbis denique
- d) μειζονα δε διδωσι χαριν idem illud πνευμα ὁ κ. ε. ἡ. supplendum esse existimat, vt jam sententia prodeat haec:

*an putatis, quod s. scriptura in vanum loquatur aduersus inuidiam? Spiritus, qui in nobis habitat, desideria excitat, sed meliora desiderii carnis; majorem enim dat gratiam.*

A Du Montio

2) Langius in singulis verbis interpretandis non nisi in eo dissentit, quod επιποθει reddit: concupiscit malum, duasque hic quaestiones exflare statuit, ita vt oriatur sensus hic:

*num putatis scripturam frustra contra inuidiam loqui? num spiritus, qui in vobis habitat, adeo malum concupiscit? imo vero ampliolem dat gratiam, per quam ejusmodi concupiscentiae resistere possimus.*

3) Heumannus (in miscell. Lips. Tom. XII.) in singulis verbis explicandis cum Du Montio consentiens, επιποθειν accipit pro amare, sensumque verborum constituit hunc:

an putati frustra scripturam contra invidiam loqui? Spiritus qui per Dei gratiam habitat in nobis, non est spiritus invidiae, et odii, rixarumque, (vid 1. 2.) sed est spiritus amoris, qui amat, (et quidem ardentissime amat,) et ita etiam vobis, quos inhabitat, majorem subinde largitur gratiam, (ut et vos omni deposito odio et aemulatione simplicissime fratres ametis), uti scriptum legimus, etc.

Sed tribus hisce rationibus jam observante *Elfuero* repugnat non solum, quod sententiae sic constitutae nullus nexus est cum praecedentibus, verum etiam, quod male vertitur λεγειν προς φθονον loqui adversus invidiam, cum graece sit loqui ad invidiam. Luc. 4. 21. denique quod longius repetitae videntur variae verbi επιποθειν explicationes. (vid. nos ad loc. ipsum)

4) Magis adhuc singularis et vix commemoranda nobis quidem visa est *Ellissi*, Wolfio citari, ratio, qui, Du Montium alias plane sequutus, formulam η γραφη λεγει cum verbis προς φθονον jungit in sententiam hanc:

an nondum satis ex litteris sacris didicistis, mundi amicitias esse Dei inimicitias? aut existimatis, sine causa sic loqui scripturas, ac si nobis haec inuiderem? At spiritus ille scripturarum auctor divinus, ex quo in nobis sedem posuit,

*posuit, nobis propitius est, et clemens, magna nos affectione desiderat, imo majorem, prout nobis opus est, dat gratiam, ampliora confert beneficia. Hoc docent sacra volumina etc.*

5) Arcte cum hac Ellissii interpretatione cohaeret ratio quaedam ex aliis jam a *Calmeto* adducta, nuperime vero, quod valde miror, *Seemillero*, theologo Ingolstadiensi, denuo probata, quo *επιποθευ προς φθονον* accipitur pro *amare usque ad invidiam*, ita ut Deus nobis proponatur summe zelotypus animae nostrae, tanquam sponsae suae, ut nullum amoris sodalem admittat, illamque omnibus velut inuideat. Locum ipsum vero sic reddit:

*an putatis, quod frustra dicat scriptura: spiritus, qui in nobis domicilium fixit, ad invidiam usque vos amat; majorem autem dat gratiam.*

*Calmetus* vero sic:

*l'esprit saint, qui habite en vous, vous aime d'un amour de jalouffe, et vous donne de plus grandes graces.*

Quam quidem rationem commemorasse suffecerit, ut intelligenti cuius lectori statim rejicienda videatur.

6) *Cell.* vero *Michaëlis* et *Semlerus*, quorum ille Jacobum h. l. Prov. 21, 10. hic vero locum ex testamento Simeonis ante oculos habuisse arbitratur,

a) *λεγει προς φθονον* junctim per: *de invidia loquitur, reddendum,*

- b) επιποθειν vero absolute pro *excitare prava desideria*,  
 c) το πνευμα autem pro πνευματι φθονς accipiendum,  
 d) υμιν cum lectione ημιν commutandum, et  
 e) in verbis μειζ. δ. διδ. χαρ. denique vel ο Θεος, quod praecipit Semlerus, vel η γραφη, quae Michaëlis est sententia, subintelligendum esse statuentes, sensum hunc, supra jam ex parte commemoratum, huic loco subesse existimant:

*an putatis, quod scriptura s. frustra dicat de invidia: anima impia atque inuida, quae vos inhabitat, prava excitat desideria; scriptura s. (vel spiritus s.) vero majorem largitur gratiam.*

Id quidem lubens largiar, particulam προς hoc nexu significare posse *de*, quamvis nullum locum, qui huic sententiae faueat, me legere meminerim, praeter illum Hebr. 1, 7. (ΠΡΟΣ ΜΕΝ ΤΟΥΣ ΑΓΓΕΛΟΥΣ ΛΕΓΕΙ.) ab ipso Cell. Michaële excitatum, (qui tamen nec ipse prorsus evidens est: quodsi enim post αγγελως interpungatur, προς μεν τες αγγελως accipi potest pro: το μεν κατα τους αγγελους, quod attinet ad angelos etc.); sed επιποθειν absolutam illam obtinere significationem, quam Viri Cell. ei subjiciunt; πνευμα vero h. l. de πνευματι φθονς intelligendum esse, cum tamen nonnisi πνευμα αγιον alias dicatur κατοικεν εν τοις ανθρωποις; porro praefendam esse lectionem εν υμιν lectioni εν ημιν, quia Vulgatus et Aethiops habeant



beant ὑμῶν, nec lectio ἡμῶν cum πνευματι φθονε in neutro et Salomonis et Simeonis loco conciliari queat, vel, quod Semlero magis adhuc placet, vtrumque εν ὑμῶν et εν ἡμῶν plane omittendum esse, cum tamen εν ἡμῶν in omnibus omnino exstet codicibus, et cum voce πνευμα, de spiritu s. intellecta, optime congruat; vocabulum denique ὁ Θεος, in praecedentibus plane non obuium, nescio vnde arreptum, subintelligendum esse: haec quidem singula alia aliis videntur duriora, nec idoneis atque ex vsu loquendi repetitis rationibus satis confirmata. Dubito an hi Viri, nisi locorum quorundam ad locum nostrum accommodandorum studio ducti fuissent, in eiusmodi interpretandi rationem, tot tantisque difficultatibus laborantem, incidissent. Jam magis arridet

7) *Witsii, Grotii, Wolfii, Bensoni, Carpsovii,* aliorumque hujus loci explicatio, quorum duo priores hoc comma pro dicto V. T. reliqui autem pro verbis habent, a Jacobo ipso profectis.

a) Jungunt hi omnes προς φθονον επιποθει, vt sit: *inclinat ad inuidiam;*

c) πνευμα vero ὁ. κ. ε. ἡ. de πνευματ, ἀγιω intelligunt;

c) in voce διδωσι denique ὁ Θεος supplendum esse statuunt, totumque locum *interrogatiue* sic reddunt: *num frustra loquitur s. scriptura? ecquid ad inuidiam inclinat spiritus s.? Minime, majorem potius largitur gratiam.*

*Primum vero επιποθει, si i. e. q. inclinare, procliuem*

*esse*, cum accusatiuo jungi solet, quanquam apud LXX interpretes eodem sensu etiam cum *επι*, *εις* et *προς* jungi soleat (cf Deuter. 13, 8. Pf 83, 1. et 41, 1.) quare hoc nimis vrgere nolumus. *Deinde* vero, quod jam supra contra *Cell. Michaëlem* monuimus, et h. l. repetendum est, ellipsin vocis *ὁ Θεος*, nullibi ante obuia, nimiam duritiem huic loco inferre. *Denique* etiam tota sententia hiulca, et, si ipsius Jacobi verbis expressa putatur, neque cum antecedentibus, neque cum consequentibus satis apte cohaerere videtur.

8) *Isnerus* porro, qui, vt supra jam monuimus, sensum hic exprimi putat dicti versu demum 6to ex V. T. allegandi,

a) *προς φθονον* item jungit cum *επιποθει*, vt sit: *inclinare προς φθονον*.

b) *το πνευμα* vero *ὁ. κ. ε. ἡ*. *Deum* esse ait, qui *singulari ratione habitat in fidelibus*. 1 Cor. 3, 16. 2 Cor. 6, 16 Rom. 8, 11. ita vt verba haec ad vocem *Θεος* v. 6. explicandam addita esse videantur.

c) *φθονον* demique intelligit de *ira Dei*, qua eos praesertim male multat, qui rebus secundis elati, voluptatibusque dediti, sese iactant, *αυθροποπαθως*, quod insolentius sese iactantibus et appetentibus altiora inuidere solent homines: eodem modo, quo ira, zelotypia, et zelus Deo tribuitur, cum gloriae voluptatumque cupidos coërcere et multare solet. Prouocat sententiae firmandae causa ad loca tum ex V. T. tum ex patribus aliisque auctoribus collecta. Potiora haec sunt: *Jes 37, 32. 39, 2. 6. 42, 13. Dan. 4, 20. 27. Gen. 11, 4. 7. Cyrill. adv.*  
Juli-

Julian. l. 7. p. 228. επιτηδωντας δε και αυτη τη τε Θεα  
 δοξη της υπο σκηπτρα κειμενης, η και ανταρειν θελον-  
 τας εν δικη τε και αναμφιλογως κολαζεσθαι πρεποι αν,  
 και εκ αν τις οιοτο νεν εχων ΦΘΟΝΩι και ΖΗΛΩι προς  
 τωτο ιεναι τον των όλων θεον, χρειωδεςατα δε και  
 μαλλον και αναγκαιως, ινα μη αγνοηται το αληθες.  
 cf. l. 5. p. 155. 199. Herodot l. 7. c. 5. p. 385. φιλει γαρ  
 ο θεος τα υπερεχοντα παντα κολκειν. ετω δη και  
 στρατος πολλος υπο ολιγη διαφθειρεται κατα τοιονδε  
 επειαν σφι ο θεος ΦΘΟΝΗΣΑΣ φοβον εκβαλη η βρον-  
 την, δι ων εσφαλησαν αναξιωσ ευωτον. cf. l. 8. c. 109.  
 p. 494 ταδε γαρ εκ ημεις κατεργασαμεθα, αλλα  
 θεοι και ηρωες, οι ΕΦΘΟΝΗΣΑΝ ανδρα ινα της δε  
 Ασιας και της Ευρωπης βασιλευσαι, εοντα ανοσιον τε  
 και ατασθαλον. Euripid. Iphig in Aul. v. 1097.

Μη τις θεων ΦΘΟΝΟΣ ελθη.

Caetera relege apud ipsum Elsnerum. Jam vero his  
 ita praemunitis, verba προς φθ. επ. το πν. ο κ. ε. η.  
 verbis v. 6. ο θεος υπερηφανοις αντιτασσεται respon-  
 dere, sensumque totius loci hunc esse existimat:

*an putatis frustra scripturam dicere, spiritum, qui  
 habitat in nobis, procliuem esse ad succensendum, re-  
 sistendumque improbis, voluptatem gloriamque aman-  
 tibus, quod, vel quoniam dicit: Deus resistit super-  
 bis, nempe spiritus, qui habitat in nobis concupiscit  
 ad inuidiam, idem est quod, Deus resistit superbis.*

Sed vereor, vt omnia loca ista de φθονος fatis apte  
 atque caute ad hunc locum explicandum adhibeantur.  
 Patres enim senioris quidem aevi longe alium eumque

mitiorem sensum voci  $\phi\theta\upsilon\upsilon\varsigma$  subiecisse, eademque nimis temere atque saepe vfos esse *Casaubonus* recte observavit ad *epist. Gregorii Nysseni, Eustathiae, Ambrosiae et Basilissae inscriptam* p. 70. *Opinio*, inquit, *male sanae vetustatis fuit; mala quibus hominum bona et ευεστω assidue interpellantur, ab invidia Deum proficisci. Deos enim sibi fingebant malignos et invidios. Nota vox Herodoti φθονερον το θεον, et ab ea persuasione formula illa originem habuit, apud Graecos vstatissima, invidiae Deum vitandae, quoties bona sua commemorarent: φθονος δ απεστω και νεμεσις. Hujus igitur impiissimae sententiae apud piissimos scriptores vestigia non sine admiratione summa deprehendimus. Quod enim Patrem nonnulli του φθονου malorum persaepe causam statuunt: quis non videt veterem esse, non quidem sententiam, sed locutionem ab antiquis derivatam? Neque aliter L. A. Muratorius in notis ad anecdota graeca p. 23. Profani autem scriptores atque prophetae l. c. partim non tam iram, quam ipsam invidiam, partim utrumque, iram atque invidiam (ημερη, φθονου.) ex aevi istius cogitandi ratione ανθρωποπαθως Deo tribuunt, vnde tamen non consequitur, in explicando loco quodam V. T. quam vini huic commati inesse *Elfnerus* putat, idem vocabulum eodem sensu admittendum esse. *Accedit*, si vere res ita se habet, non sine magna duritie in utroque membro vocabula ταπεινοις et υπερηφανοις omitti, nec alia in locum eorum substitui. Equidem si explicationem dicti v. 6. hoc commate contineri mihi persuadere possem, minus anxie singula singulis accommodare studerem, sed omnino singulorum verborum nulla ratione habita, *univrsum* loci sensum expressum esse putaverim.*

9) Omnium vero durissimam medicinam huic loco adhibent ii, qui de sano ejusdem sensu eruendo desperantes, hanc Jacobi sententiam a librariis jam olim falso descriptam et depravatam fuisse, statuere audent, cum tamen, quod ipsi fatentur, variae lectiones huic hypothese plane non faueant. Sed haec hactenus.


Supereff vt et nostram qualemcunque de hoc loco sententiam breuiter subjungamus. Ante omnia in eodem explicando tenenda videntur duo haec: *unum* illud, formulae ἢ γραφὴ λέγει, caeterisque huic similibus ἢ γραφὴ ἢ λεγσα. Marc. 15, 28. ἔχ ἢ γραφὴ εἰπεν; Joh. 7, 42. ἴνα ἢ γραφὴ πληρωθῆ, ἢ λεγσα 19, 24. τι λέγει ἢ γραφῆ; Rom. 11, 2. Gal. 4, 30. 1 Tim. 5, 18. et καὶ πληρωθῆ ἢ γραφῆ, ἢ λεγσα apud ipsum Jacobum 2, 23. statim addi solere ipsum scripturae locum, vel diserte, vel quoad sensum expressum; *alterum* hoc: easdem has formulas plerumque, nisi semper, ad V. T. loca spectare. Jam vero cum interpretes, quamuis data summa opera nullum adhuc neque ex V. T. neque aliunde repetitum locum afferre potuerint, quem, huic loco subesse, satis probabile sit; quidni Jacobum eundem Prov. 3, 34. locum hoc commate memoriter, v. 6. vero disertis s. scripturae verbis allegasse arbitremur? hoc fere modo: Cohortatus erat Jacobus inde ab hujus capituli initio Christianos, vt a rixis atque contentionibus, et omnino a nimia in dicendo atque agendo morositate se continerent; jam sic cohortanti ei ex associandarum idearum lege posterior illa dicti v. 6. allegati pars: διδωσι χάρις in mentem venisse videtur, ita tamen, vt vocem χάρις extra nexum hujus dicti in V. T. et vi oppositi


positi φθους de gratia in agendo atque dicendo, et omnino de humanitate (Leutſeligkeit) intelligeret, caetera vero, cum memoria deficeret dicentem, apte ad conſilium ſibi propoſitum, et pro nexu cum antecedentibus, in quibus de rixis mutuoque odio fermo erat, ſuppleret. Quibus tamen verbis διδωσι χαριν nexu quodam memoriter recitatis, locus ipſe V. T. vt fieri ſolet, ei in mentem reddit, jam diſertis verbis per formulam διο λεγει annectendus. Sic quidem *primum* omnis euaneſcit difficultas, vndenam Iacobus locum arripuerit nullibi obuium, vel fruſtra ſaltem hucusque ab interpretibus indagatum. Deinde vero illud rationem noſtram adiuuat, quod vterque locus in verba illa διδωσι χαριν abit. Vocabulum χαρις porro, in omnibus fere, quas attulimus, explicandi rationibus, in quibus de gratia diuina intelligunt interpretes, ſenſum maxime alienum fundens, nunc habet quo referatur, et cui opponatur. Denique et mos ille omnibus N. T. ſcriptoribus communis, dicta V. T. memoriter allegandi, cum ratione noſtra modo prolata conſentit. Nimio quidem artificio, fateor ipſe, ſed et, prout rem conſideraueris, naturali modo, ſic omnia excogitata atque compoſita videri poſſe cenſeo. Quodſi vero phraſis illa η γραφη λεγει in N. T. et cum aliis dictis, quamuis non ex V. T. repetitis, iungeretur, omnium facillima ratio ſine dubio ea eſſet, vt comuna hoc pro effato libri cuiuſdam vel perditum, vel parum perquiſiti haberetur. Quid ex duobus hiſce praeferam, quidue reprobem, dubius haereo. Tu vero Lector, vide ipſe et expendi!

dicendo, et cunctis  
erit, cetera vero,  
e ad consilium sibi  
edemibus, in quibus  
supperet. Quibus  
dam memoriter ro  
ei in mentem ve  
lo legis annexa  
cit difficultas, va  
obuium, vel fru  
agatum. Deinde  
od uterque locus  
lum rarię porro,  
secandi rationibus,  
erpretes, sensum  
no referatur, et  
ribus N. T. sen  
er allegandi, cum  
imio quidem ar  
sideraveris, na  
omposita videri  
pam legis in  
V. T. repetitis,  
dubio ea esset,  
vel perdit, ve  
obus hitce pas  
Tu vero Les









© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Gray Scale

<b>A</b>	<b>1</b>	<b>R</b>	<b>2</b>	<b>G</b>	<b>3</b>	<b>B</b>	<b>4</b>	<b>5</b>	<b>6</b>	<b>M</b>	<b>8</b>	<b>W</b>	<b>9</b>	<b>G</b>	<b>10</b>	<b>K</b>	<b>11</b>	<b>12</b>	<b>13</b>	<b>14</b>	<b>C</b>	<b>15</b>	<b>Y</b>	<b>17</b>	<b>M</b>	<b>18</b>	<b>19</b>
----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	----------	-----------	----------	-----------	-----------	-----------	-----------	----------	-----------	----------	-----------	----------	-----------	-----------




Centimetres

# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue    Cyan    Green    Yellow    Red    Magenta    White    3/Color    Black



Inches

